

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Samuel Schelwig Johann David Hoheisel

**Exercitatio Theologica, In qua Hypothesis Donatistarum, De Ineffaci Ministerio
Malorum, In Art. VIII. A. C. rejecta & in Ecclesiam Evangelicam ex Orco reducta,
denuo profligatur**

Gedani: Stoll, 1708

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823994376>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn823994376/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823994376/phys_0001)

DFG

XFa-1089^{1-22.}
23²

Wiz. und. Lit. g.


V. 257



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn823994376/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823994376/phys_0003)

DFG



12

EXERCITATIO THEOLOGICA,
In qua
HYPOTHESIS DONATISTARUM,
DE
**INEFFICACI
MINISTERIO
MALORUM,**

In Art. VIII. A. C. rejecta & in Ecclesiam Evangelicam ex Orco reducta, denuo profligatur;

P R Ä S I D E

VIRO SUMME REVERENDO

DN. SAM. SCHELGUIGIO,

S. Theol. D. & Prof. P. Athenæi Rectore,
& ad S. S. Trinitat. Pastore,

Præceptore & Promotore Studiorum suorum, filiali
pietate etatem colendo,

IN AUDITORIO MAXIMO,

d. XV. Martii MDCCVIII.

publico solennique examini subjœcta,

AB AUTORE

JOHANNE DAVID HOHEISEL, Ged.

GEDANI, Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII,
ATHEN. TYPOGR,

VIRIS

Magnificis, Amplissimis, maximeque Strenuis,

DN. DANIELI NIMSGART,

*Consuli Seniori Civitatis primariæ longe
meritisimo;*

DN. JOH. ALBERTO ROSENBERG,

*Consuli & hoc tempore Judici ejusdem ci-
vitatis primariæ dignissimo;*

DN. JOH. GODOFR. à DIESSELDORFF,

Reip. Gedanensis Consuli inclyto,

Nec non

DN. NATHAN. FRIDERICO PROIT,

*Consuli Civitatis Gedanensis Palæopolitanæ,
& h. t. Judici:*

*Dominis, Patronis suis, ac Mæcenatibus, &
respective cognatis, obsequiose devenerandis,*

*Ad testandam submississimi animi ob-
servantiam, humillimamque Stu-
diorum suorum commendationem*

Exercitationem hanc

sacratam cupit

JOHANNES DAVID HOHEISEL,
Gedanensis.

PROOIMION.



Um DEUS in novo Fœdere, per Apostolos successoresque illorum, Ecclesiam, quæ antea ex foliis Judæis constitutæ, nunc etiam ex Gentilibus sibi colligeret, diabolus, qui pro sagacitate sua facile perspiciebat, quanta ex eo strages regno suo immineret. Id circè inde, à primis Christianismi initiis, haudquaque ferriabatur; sed per satellites suos omnibus modis sua conservare, immo & dilatare annitebatur. Huic causæ originem debent Hæreses, per quas, loliis tritico interspersis, regnum diaboli haud parum propagatur. Conferri de iis possunt Irenæi, Augustini, Epiphani, Philastrii aliorumque scripta de Hæresibus. Ex recentioribus speciatim de Hæresibus priorum duorum à nato Christo Seculorum egit, Summe Reverendus & de Ecclesia universa, studioque Antiquitatum, supra, quam calamus meus exprimere potis est, meritus Dn. D. Thomas Ittigius, præcipuum Lipsiensis Academiæ ornamentum, in Dissertatione peculiari *de Hæresiarum Ævi Apostolici & Apostolico proximi*. Verum nostris temporibus omnes fere pharetras suas evacuasse videtur Cacodæmon, ut nulla pene tela nova illi amplius supersint. Nec tamen quis eum otiani putet: Ex sacrarum enim literarum pandectis aliud edocemur, utpote quæ nos certiores reddunt, tanto majori ultimis hijs temporibus ira hostem ad nos descendere, quanto brevius sibi superesse spatum temporis novit. Itaque, cum nova desint, mille fraudum artifex vetera, jam situ quasi & ferrugine obsita, requirit, suicitatis hominibus infelicissimis, miserrimisque, quos Hæ-

A

resiar-

resiarcharum antiquorum spiritus, quasi per μετεμψύχωσιν quandam Pythagoricam ingreditur, quo ab Ecclesia jam pridem damnatorum hæreticorum vestigia, magno cum proluvio legant. Ut soli Confessioni Augustanæ, ejusque Apologiæ inhæream, reperiuntur in ea veterum dogmata haud pauca, quæ diabolo instigante, nunc de novo passim recoqvuntur, ex quibus in præsentiarum non nisi unicum, cuius in laudatæ Confessionis Articul. VIII. mentio fit, nempe hypothesin Donatistarum, de inefficacia Ministerii impiorum, exempli loco in medium adducere, eo potissimum consilio animus est, ut qualescunque ingenii mei vires in elaborando hoc themate pericliter. Quod si occasio feret, posthac ex Articulo IX. hypothesin Anabaptistarum, ex Articulo XII. hypothesin Novatianorum, ex Articulo XVII. Hypothesin Chiliaistarum, aut unam tantum alteramve, ex his, simili ratione, divino suffultus auxilio aggrediar. Ut vero rationem præsentis instituti mei evidenter reddam, methodus cui insistere libet, titulo Dissertationis examissim respondebit. In tria enim capita tractatio mea distinguetur. Quorum primum, præmissa de origine & progressu Donatismi historiâ, Hypothesin Donatistarum in Augst. Confess. Artic. VIII rejici demonstrabit: Secundum, eos, qui schisma hoc damnum in Ecclesiam Evangelicam ex orco reduxere, sistet. Tertium denique adstructa Thesi hypothesin adversantium destruet. Quod ut ex voto succedat, Numen propitium supplex veneror!

IN

IN DEI HONOREM!

CAPUT I.

In quo, præmissa de origine & progressu Donatismi Historia,
hypothesis Donatistarum a Confessoribus Augu-
stanis rejici ostenditur.

C O N S P E C T U S .

- I. De Tempore, quo Schisma Donatistarum exortum sit,
disquiritur.
- II. Locus, quo usq; se dilataverit, indicatur.
- III. Autores Schismatis sistuntur.
- IV. Causa, è quibus Schisma conflatum est, recensentur:
Quarum prima, Ambitio, Botri & Celestii.
- V. Secunda, Iracundia Lucille.
- VI. Tertia, Avaritia Seniorum.
- VII. Pretensio Donatistarum, quare se Ceciliiano opposuerint,
indicatur.
- VIII. Nec Felicem, Ceciliani Ordinatorem, nec Cecilianum
sacros Codices tradidisse; sed ipse potius Douatista-
rum principes, Tradidores fuisse, ostenditur.
- IX. Calumnia fuisse demonstratur, quod Cecilianus, victimum
afferri Martyribus in custodia positis prohibuerit, si-
mulq; hac occasione Arnoldi Historia Ecclesiastica men-
tio fit.
- X. De nomine Schismaticorum agitur.
- XI. False illorum Hypotheses recensentur.
- XII. Primaria harum & fundamentum reliquarum in A. C.
notari ostenditur.

I.

Schismatis Donatistarnm, quod progressu temporis in hæresin (α) excrevit, primordia, ad initium Seculi IV. referenda esse, in eo Historiæ Ecclesiasticae Scriptores uno quasi ore consentiunt: de anno vero, quo Schisma hoc à Donatistis factum sit, adhuc sub judice lis est. Communiter & recte quidem initium ejus ad Ordinationem Majorini restringitur, utpote, qui in ea ipsa, à Cæciliano & ab Ecclesia Catholica orthodoxa exivit atque recessit (β): Cæterum falso hæc Ordinatio Majorini a Natali Alexandro (γ) Baronio, (δ) aliisque, (ε) qui horum errore postea inducti fuere, ad annum Christi 306 refertur. Nam Optatus (ζ) narrat, Ordinationem hanc factam esse post indulgentiam à Maxentio in Africam missam, quam non potuit mittere, antequam Africa potiretur. Istud autem non contigit nisi post mortem Herculii, qui anno 310 diem obiit (η). Hinc indulgentia

(α) Augustinus Ep LXXXVII Operum Tomo II. p. 210. A. splendidæ illius Editionis, quæ Parisis, opera & studio Monachorum S. Benedicti è Congregatione S. Mauri ab 1689. ad 1696 excusa est X Tomis in fol. quibus 1700 insecurus est XI, continens Vitam Augustini & Indices generales in omnia ejus opera. It. libro de Hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. p. 21. D.

(β) Optatus Milevitanns Libro I. p. 10. Editionis illius nitidissima, quam Du Pin cum suis & variorum Eruditorum notis edidit Antwerp. 1702 in fol.

(γ) Historiæ Ecclesiasticae, Seculo IV. Parte I. p. 30.

(δ) Tomo III. Historiæ Ecclesiasticae Anni 306. § XXIX. p. 10.

(ε) Balduinus in Annotationibus ad Optatum, Paulus Stockmannus in Elucidario Hæresium &c. sub titulo Donatistæ. p. 121.

(ζ) Libro I. p. 17.

(η) Confer. Zosimus & Aurelius Victor.

tia illa à Maxentio in Africam mitti non potuit, & Christianis libertas restitui, ante annum 311, ut recte affirmat Valesius (9) & Du Pin (1). Verum summe Reverendus & de Ecclesia immortaliter meritus Dn. Ittigius (2) probabiliter conjicit, Maxentium Christianis in Africa libertatem indulisse, non eo ipso anno, quo Africæ imperium obtinuit, nimirum 311; sed anno sequenti 312, quo Romæ de Cartagine triumphavit. Ratio illius hæc est, quia Imperatores soliti fuere, illis annis, quibus triumphos agebant, reis veniam indulgere & libertatem restituere. (3)

II.

Anno itaque 312, Schismatis hujus flamma Cartagine primum erupit, & paulo post non solum totam pene Africam corripuit, Christianæ religioni addictam; sed & postea in Hispaniam, Italiam, Romanam & Galliam irrupt: (4) Nec alibi quicquam omiserunt nefandi homines, quod, ut suæ Sectæ Profelytos adjungerent, facere videbatur. Præcipue tamen intra Africam eorum Secta hæsit, ibique aliquam diu numerosissima floruit. (5)

A 3

III.

- (9) In Dissertatione de Schismate Donatistarum Cap. I, annexa Eusebii Historiæ Ecclesiasticæ, Annotationibus Valesii illustratæ. Antverp. 1672. in fol.
- (1) In Historia Donatistarum, præmissa Editioni allegatae Optati Milevitani.
- (2) In Appendice Dissertationis de Hæresiarchis Ævi Apostolici & Apostolico proximi p. 247,
- (3) Antonius Pagi in Dissertatione Hypatica, & in Critica ad annales Baronii ad annum Christi 306. num. VII.
- (4) Augustinus Libro III contra literas Petiliani T. IX. 296. D. Histor. Magdeburg. Centur. V. Cap. V. Hermannus Witsius, Misc. Sacr. T. I. libr. IV. Cap. II. § XXIX. p. 700. & Du Pin in Historia Donatistarum p. 12.
- (5) Du Pin in Historia Donatistarum p. 12.

III.

Autor Schismatis à plerisque (ξ) venditatur Donatus ille à Cas's Nigris, negarique non potest, ipsum quoque Augustinum (o) id affirmare. Ast cum nulla alia ratione probetur hoc, nisi ex eo, quod ab illo nomen traxerint Schismatici, ut Donatistæ dicerentur, hac quidem vice partes Augustini deserere cogimur. Nam præter id, quod adhuc in dubio sit, utrum à Donato hoc Casensi, an vero ab altero illo Donato Cartaginensi, Majorini in Episcopatu Successore, denominati fuerint, (π) ratio etiam quæ Augustinum permovisse videtur non satis firmo insitit talo, nisi forte eodem modo inferre velimus, Majorinum fuisse Autorem, quia Schismatici de quibus agitur, ab initio fuerunt dicti *Pars Majorini*, ceu videre est ex Relatione Anullini Proconsulis ad Imperatorem. (ε) Si itaque Historiarum monumenta nonnihilo penitus inspiciamus, Botrus & Celestius primi hujus Schismatis Autores sese fistent: (σ) non, quod illi Seniores fuerint, qui Ecclesiæ vasa a Mensurio fibi tradita reddere noluerint, uti per errorem insignis alioqui & plurimæ lectionis Scriptor Dn. Du Pin (τ) statuit. Nam nec vola, nec vestigium de eo vel in Optato, vel in Augustino

(ξ) Baronius in Annalibus T. III. p. 14. Natalis Alexander Hist. Eccl. Sec, IV. P. I. p. 31. & P. II. p. 1. Stockmannus in Elucidario Hæresium sub titulo Donatistæ. p. 121. &c.

(o) Ep. CLXXXV. T. II. p. 661. G.

(π) Augustinus Libro de Hæresibus T. VIII. 21. F.

(ε) Apud Augustinum Ep. LXXXVIII. T. II. p. 213. & 214.
It. inter monumenta Vetera ad Donatistarum historiam pertinentia, allegatae Optati Editioni annexa, p. 179.

(σ) Augustinus in Psalmo ABeCedario contra Donatistas T. IX. 3. C.

(τ) In historia Donatistarum p. 4. initio in margine

gustino reperitur, quin & ipse Du Pin in contextu Historiæ (v) Botrum & Celestium à Senioribus illis distinguit; fed qnia illi Episcopatum Cartaginem ambientes, per electionem vero Cæciliiani, spe sua dejecti, (φ) Schisma hoc moliti fuerunt.

IV.

Huic ambitioni Botri & Celestii adhuc aliæ duæ causæ supervenere; nimirum cujusdam mulieris, Lucillæ dictæ, iracundia, & Seniorum (x) avaritia, a quibus Schisma illud conflatum est. Hinc Optatus (ψ) de eo scribit: *Confusa mulieris Iracundia peperit, Ambitus nutritivit, Avaritia roboravit.* Quæ verba ab Henrico Witsio (ω) ita mutantur: Schisma hoc *Ambitus peperit, Avaritia nutritivit, confusa mulieris Iracundia roboravit.* Quod utrum per lapsum memoriæ, an dedita opera factum sit, ego quidem definire non audeo; Interim tanten convenientius judico, partum Schismatis ambitioni Botri & Celestii acceptum ferre: Celestium vero, quem posteriori loco posuimus, pro Celestio celeberrimns Dn. Du Pin (α) autoritate Augustini, (β) & S. Germani a Pratis inductus, vocat, qui ab Albaspinæo (γ) Typographi forte vitio, Silesius audit. (δ) Sed & reliquæ duæ causæ breviter exponendæ erunt.

V. Lu-

(v) p. 4.

(φ) Optatus p. 17.

(x) De quo officio vid. Christoph. Justellus ad can. Ecclesiæ Africanæ. Item Leydeckerus Sect. VI. Dissertat. de statu Ecclesiæ Africanæ; quæ Tomo I. Historiæ continetur.

(ψ) Lbro I. p. 18.

(ω) Misc. Sacr. T. I. Libr. IV. Cap. II. §. II. p. 749.

(α) In variantibus lectionibus ad Optatum. p. 17.

(β) In Psalmo Abecedario contra Donatistas T. IX. p. 3. C.

(γ) Observat. I. ad Optatum.

(δ) Ittig. in Appendice dissertationis de Hæresiarchis Evi Apostolico & Apostolico proximi p. 242.

V.

Lucillæ, quæ in Societatem cum Botro & Celestio contra Cæcilianum coierat, & ab Optato (ε) *factiosa fæmina* appellatur, iram Cæcilianus Archi-Diaconus (ζ) ex eo sibi contraxerat, quod cum adhuc Diaconus (η) esset, illam ob ritum aliquem superstitiosum, objurgasset; Siquidem ante usurpationem Cœnæ Dominicæ offa alicuius Martyris, si modo Martyris, deosculari solebat. (θ) Quod Lucillæ factum Græcos quosdam Scriptores (ι) male Donatistis tribuisse ostendit venerandus Dn. D. Ittigius. (κ)

VI.

Quoad avaritiam, quæ Schisma roborasse dicitur, sic se res habet: Postquam in persecutione, non a Maxentio; [uti Balduinus (λ) opinatur,] sed potius ab Alexandro, [quém ex Præfecto Prætorii Imperatoriam purpuram induisse, & sub cuius præsidio anno 309. Christianos persecutionem passos fuisse, autor est Baronius, (μ) prouti Dn.

D. Itti-

(ι) p. 16.

(ζ) De qua dignitate vid. Morinus Part. III. de Sacris Ordinat. Exercitiis 16. C. 3. Espencæus Libro I. Digress. C. VI. Zieglerus de Diaconis Cap. XVII.

(η) De officio hoc Ecclesiastico, præter jam citatos, conferatur Leydecker Histor. Africanæ T. I. Sect. VI. Albaspinæus in Notis ad Optatum p. 19. & Mericus Casaubonus, ib. p. 13.

(θ) Optatus p. 16.

(ι) Damascenus de Hæresibus C. XCV. Harmenopulus de Sectis Cap. XVII. Zonaras & Balsamon in Scholiis ad Can. LXI. Concilii Cartag. & Matthæus Blastares in Syntagmate Alphabetico C. II.

(κ) 1. c. p. 244. & 245.

(λ) In Notis ad Optatum p. 17.

(μ) Histor. Eccles. T. III. anni 306. §. XXVII. p. 9. & Anni 309. §. XXXVI. p. 50.

D. Ittigius (v) præeunte Antonio Pagi (ξ) probabiliter con-
jicit] in Christianos facta, Mensurius Episcopus Cartagi-
nensis, Cæciliiani Prædecessor, ad Imperatorem ea de causa
accersebatur, quod Felicem Diaconum, qui propter famo-
sam a Tyranno Imperatore [hunc Alexandrum fuisse, evin-
cit Antonius Pagi], (o) epistolam, delatus fuerat, in domo
sua occultasse perhiberetur; ille ante abitum suum pretiosa
Ecclesiæ ornamenta, Seniorum (π) quorundam fidei com-
mendabat, atque schedulam, in quâ & Seniorum nomina,
& thesauros his relictos accurate consignaverat, fideli cuidam
aniculæ ea sub conditione dedit, ut si ipse non rediret, suc-
cessori suo traderet. (ε) Mensurius vero, quamvis causa
dicta, Cartaginem reverti juberetur, morte tamen præven-
tus eo pervenire non potuit. (σ) Missa igitur per Maxen-
tium indulgentia (qua à persecutione ab Alexandro excitata
Christiani in Africa liberabantur (τ) & libertate reddita,
de electione novi Episcopi Cartaginensis, in locum defuncti
Mensurii agebatur, quam dignitatem, cum Botrus & Cele-
stius ambirent, operam dabant, ut vicini tantum Episcopi,
non vocatis Numidis, accerserentur. Enimvero consilium id
successu caruit. Nam totius populi suffragiis Cæcilianus ele-
ctus & à Felice Episcopo Autumnitano, (ita in omnibus MSS.
legi monuit Du Pin (υ) ordinatus est. Cum igitur Cæcilia-
nus ille, ut Episcopus, re per aniculam cognita, à Senio-
ribus

B

(v) l. c. p. 246.

(ξ) In Critica ad Annales Baronii Sec. IV. p. 21.

(o) Ibidem.

(π) De Dignitate hac confer. §. IV. (χ)

(ε) Optatus p. 17.

(σ) Optatus l. c. & Augustinus T. IX. App. 14. A.

(τ) Antonius Pagi in Critica ad Annales Baronii Sec. IV. p. 21.

(υ) In variantibus lectionibus ad Optatum p. 17.

ribus, quibus auream & argenteam Ecclesiae suæ suppellecti-
lem Mensurius crediderat, depositum reposceret, hi opimam
prædam faucibus suis eripi dolebant. (Φ) Sic concurrentibus
odii adversus Cæcilianum causis, cum præter Botrum & Ce-
lestium etiam Seniores contra illum agerent, Schisma Do-
natistarum prima sumxit initia.

VII.

Prætensio Schismaticorum, cur nimirum electionem Cæ-
ciliani ratihabere non possent, & idcirco ab Ecclesia Ca-
tholica se separare cogerentur, in eo consistebat; quod duo
crimina, per calumniam, Cæciliiano affingerent. Alterum
quidem, quod à Traditore Episcopum se ordinari passus es-
set; alterum vero, quod victimum afferri martyribus, in cu-
stodia positis, prohibuisset. (χ) De utroque jam speciatim
agemus.

VIII.

Ordinatorem Cæciliiani Felicem Episcopum Autumnitæ-
num fuisse, paulò ante (ψ) annotavimus. Hunc Traditionis
reum criminabantur Donatistæ. (ω) Vocabantur autem
Traditores ex eo, quod Codicem Biblicum, vel sacra vasa, aut
simile quid persecutionis tempore Gentilibus tradidissent.
Nam cum anno æræ Christianæ 303, Diocletiano & Maxi-
miniano imperantibus, gravissima illa tempestas excitaretur
in Africa, post proposita ubique terrarum in Christianos
edicta, in provincia proconsulari, Anulinus & in Numidia
Florus,

(Φ) Optatus p. 17. It, Augustinus T. IX. App. 14. A & B.

(χ) Augustinus Ep. XLIII. T. II. p. 88. & seqq. & in Breviculo
Collationis diei 3. cap. XIV. T. IX. 569. A.

(ψ) §. VI. Confer. Optatus p. 17. It, Augustinus T. IX. 526. Retr.
libro de unico baptismo contra Petilianum. T. IX. 542.

(ω) Optatus p. 17. Augustinus libro de unico baptismo contra
Petilianum T. IX. 542 B.

Florus, bellum Christiano nomini inferebant, quod ipsius Optati (α) verbis describere liceat. *Hujus, inquit, Persecutionis per totam Africam divagata est tempestas: alios fecit Martyres, alios fecit Confessores: nonnullos funestam prostravit in mortem, latentes dimisit illatos.* Quid commemorem laicos, qui tunc in Ecclesia nulla fuerant dignitate suffulti? Quid Diaconos in tertio, quid presbyteros in secundo Sacerdotio constitutos? Ipsi apices & principes omnium, aliqui Episcopi, illis temporibus, ut danno aeterna vita istius incerta lucis moeras brevissimas compararent, instrumenta divine Legis impie tradiderunt. Hoc nimur erat peculiare Diocletianæ persecutionis malum, quod Christiani libros sacros igni comburendos offerre cogerentur. Existimabant, enim, Persecutores, hac potissimum ratione Christianam religionem ex animis hominum aboleri posse, si libri quibus doctrina christiana continetur, e medio tollerentur. Quapropter Diocletiani & Maximiniani, speciali edicto (β) sacri codices igne consumi jubebantur, & quo id executioni daretur, Principibus & Magistratibus, suo quibusque loco, *ut libros Deificos è manibus Episcoporum & Presbyterorum extorquerent,* injungebatur. Sic enim refertur in Actis Felicis (γ) Episcopi Tubyzacensis. (δ) Huic edicto Magistratus ubique obtemperantes, Lectores, Presbyteros & Episcopos ad se accepserunt:

B 2

(a) p. 13.

(β) Edicti huius tenor vid. apud Lactantium libr. de morte Persecut. Cap. XII. & XIII. edit. à Baluzio & apud Eusebium, libr. VIII. Hist. Eccl. Cap. II. Uterque vero locus excerptus reperitur inter Monumenta Vetera ad Donatistarum historiam pertinentia, apud Optatum p. 143 144. & 145.

(γ) Acta hæc edidit Baluzius, cum notis suis T. II. Misc. p. 77. Ex cuius editione repetuntur in Monument. veter. &c. apud Optatum. p. 146.

(δ) De Orthographia Vocis hujus vid. Baluzius in Notis.

cercebant : Scripturas ab iis postulabant : tradere renuentes in carcerem conjiciebant, imò & tormentis afficiebant : in proposito permanentes ad Proconsulem, aut ad alium superiorem Magistratum missi, post varia afflictionum genera, si expugnari non possent, capite plectebantur. (ε) Ii ergo quibus salus Ecclesiæ & gloria JEsu Christi, curæ cordique erat, quique ignominiam Christi præferebant thesauris Ægypti (ζ) silentio prudenter adhibito, sacros Codices, quamdiu poterant, occultabant ; detecti autem & apprehensi, tantum abest, ut traderent, ut potius aperte, se tradituros haudquaquam esse, confiterentur. Quin & nonnulli vanæ gloriæ & laudis aucupes, ut titulo Martyrum superbirent, antequam apprehendebantur, persecutoribus se offerebant, atque ultro Scripturas Sacras in manibus suis esse, nec tam traditum iri, à nemine quæsiti, enuntiabant : quos merito improbavit & ceu martyres honorari vetuit Mensurius, in Epistola (η) ad Secundum Tigisitanum. Denique alii, qui ad illorum classem pertinebant, de quibus Christus (θ) asserit, quod ad tempus quidem credant, tempore vero tentationis & persecutionis deficiant, metu tormentorum ac mortis sacros Codices inquisitoribus tradebant. Atque hi famoso illo Traditorum nomine compellabantur. Et hoc ipsum

(ε) Confer. Acta Sancti Felicis Episcopi Tubyzacensis, de quibus Observat. præced. (γ) Item Acta Martyrum Saturnini Presbyteri, Felicis, Dativi, Ampelii & aliorum apud Baluzium Misc. T. II. p. 56. & in Monumenris Veteribus apud Optatum p. 150. & seqq.

(ζ) Ebr. XV. 26.

(η) Cujus tenor reperitur apud Augustinum in Breviculo Collationis diei 3. Cap. XIII. T. IX. p. 567. A. & seqq. & inde excerptus in Monumentis Veteribus &c. apud Optatum p. 174.

(θ) Luc. cap. VIII. v. 13.

ipsum erat crimen illud, quod tam Felici Episcopo Autumnitano, Cæciliiani Ordinatori, quam ipsi etiam Cæciliiano Donatistæ impingebant (1) eaque de causa ordinationem illius irritam pronunciabant. Enimvero utrumque falso ab adversariis infamatum esse, gesta Purgationis à Felice Autumnitano (2) peractæ, attestantur. Illos autem ipsos, qui Cæcilianum opprimere annitebantur, plerosque Traditionis, aliorumque criminum, quæ sibi mutuo ignoscabant, convictos fuisse, videre est ex Actis Concilii Cirtensis. (3) Ex eo autem ipso nequitia sole clarus elucebat, quod cum Ordinationem Cæciliiani ideò, quia ordinator ejus (ut columniabantur) fuerit traditor, impugnarint, maxima tamen pars illorum, qui Majorinum, elegerant, aliisque modis adjuverant, jure meritoque inter Tradidores referrentur. (4) Ipse etiam Sylvanus Episcopus Cirtensis, à quo Majorinus est ordinatus, non tantum cōram Zenophilo convictus fuit, quod Capitulatam argenteam & Lucernam argenteam ultro protulerit; (5) verum etiam ob auri cupiditatem *Fur rerum pauperum*, audit, in libello (6) exhibito Episcopis à

B 3

Nundina-

(1) Confer, citata ad §. 7.

(2) Habentur hæc apud Baluzium Misc. T. II. p. 81. & inter Monumenta vetera &c. apud Optatum p. 162 & sqq. It. apud Augustinum T. IX. App. 18.

(3) De hoc conferri potest Dn. D. Itig. I. c. p. 251. & sqq. qui optime de eodem differunt, dubiaque circa id occurrentia pro more suo i. e. crudite solvit.

(4) Augustinus Ep. XLIII. T. II. p. 92. F. & libro III. contra Cresconium T. IX. 450. A. & B. Confer, etiam Acta Concilii Cirtensis apud Itigium I. c. p. 251.

(5) Augustinus T. IX. App. 2. D & E. & inter Monumenta vetera apud Optatum p. 169.

(6) Qui habetur in Gestis apud Zenophilum, inter Monumenta vetera, Optato annexa p. 168. & 169.

Nundinario Diacono, quippe qui quadringentos illos folles, (o) quos Lucilla, ut Majorinus domesticus suus ordinaretur, Episcopis dederat, cum reliquis Episcopis ita consumferat, ut nihil omnino pauperibus relinqueretur, atque insuper viginti folles a Victore, ut Presbyter fieret (π) collatos, apud se retinuerat. (ε) Recte itaque ab Augustino (σ) observatum est, ideo Donatistas Felicem, Episcopum Autumnitanum, qui Cæcilianum ordinaverat, una cum Cæciliiano ipso traditionis insimulasse, ut innocentibus per calumniam infamatis, ipsi qui veri traditores fuerant, *sub mendacissimi rumoris nebula latitarent.* (τ) Aut quemadmodum Optatus (υ) expressit: *De suorum criminum fonte, qui apud eos multorum flagitorum venis exuberaverat, unum traditionis convitium, in Ordinatorem Cæciliani derivandum esse putabant: providentes, quod fama duas res similes uno tempore loqui non posset: ut crimina in silentium mitterent sua, vitam infamare conati sunt alienam, & cum possent ipsi ab innocentibus argui, innocentes arguere studuerunt.*

IX.

Alterum crimen Cæciliano à Donatistis impactum, nimurum, quod victimum afferri Martyribus, in custodia positis prohibuisset, talo nihilo firmiore nititur. Negari equidem

(o) De hoc Monetæ genere vid. Glossarium du Fresnie & Jac. Gothofredi notas ad Codicem Theodosianum.

(π) De munere hoc Ecclesiastico confer. Leydecker in *Dissertat. de statu Ecclesiæ Africanæ Sect.* VI, T. I.

(ε) Vid. *Gesta apud Zenophilum in monumentis Optato annexis* p. 167. & seqq.

(σ) Ep. CXLI. Tom. II. p. 456. & seqq.

(τ) Dn. D. Itig. I. c. §. XI. p. 248.

(υ) p. 9.

dem nequit in Actis (φ) Saturnini Presbyteri, Felicis, Davivi, Ampelii & aliorum, cum Mensurio Episcopo, quoque Cæcilianum, hujusdem tunc temporis Archi-Diaconum, male audire: Enimvero eruditii pridem in eo convenere, quod Acta hæc Donatistam habeant autorem, atque ultima capita, quæ a XVI. incipiunt supposititia sint. Facile etiam origo calumniæ conjicitur. Nam cum persecutione adhuc fervente, anno 303, juxta Baronium (χ) aut 304. juxta Du Pin (ψ) Saturninus Presbyter, cum filiis quatuor, nempe Saturnino juniore & Felice Lectoribus, Mariaque Sanctimoniali, & Hilarione infante, ac præter hos Dativus, Felix, Ampelius, aliquie quam plurimi tam viri, quam mulieres, dominica mysteria celebrantes, a Coloniæ Magistratibus, comprehendenderentur, & Cartaginem ducti propter gloriosam confessionem in carcerem conjicerentur, ad eos visitandos [quod verisimile videtur] (ω) incaute & glomeratim concurrebant Christiani: ex quo Mensurius invidiam concitatum, pluresque morti objectum iri ratus, Cæciliano Archi-Diacono, in mandatis dedit, ut improvidam turbam, ne tumultus majorque strages Christianorum fieret, a foribus carceris submoyeret: Inde autem adversarii postea ansam calumniandi Cæcilianum arripiabant, fingentes ipsum lora ac flagra cum armatis ante fores carceris posuisse, & ab ingressu atque aditu cunctos, qui victimum potumque martyribus afferebant, gravi injuria propulsasse: (α) Atat, nihil aliud

(φ) Habentur hæc inter monumenta Optato annexa p. 130.
& sqq.

(χ) Annalium T. II. p. 798.

(ψ) In Historia Donatistarum Optato præfixa p. 2.

(ω) Du Pin in Historia Donatistarum. p. 2.

(α) Augustinus in Breviculo Collationis diei 3, Tom. IX, 569. A.

aliud faciebat Cæcilianus, quam, quod ante eum Cyprianus svaserat, (β) ut Christiani caute, nec per multitudinem sibi junctam ad conservandum & visitandum confessores accederent: utque cum temperamento hoc ageretur, per Presbyteros, alternis vicibus eo venientes: atque ut temporibus serviretur, quieti prospiceretur, & plebi provideretur. Hæc de causis Donatistici Schismaticis dicta sufficiant. Quæ enim hæreticissimus ille hæretorum omnium Patronus, Godofredus Arnoldus in Historia sua, ut appellat, Ecclesiastico-hæretica (γ) in medium adducit, parum aut nihil moramur, cum exploratum satis perspectumque sit, quod ratione prorsus absuna, profligatae nequitiae Scriptor, in libro suo versetur, utpote qui hæreticos quoscunque laudat, aliis commendat, aut minimum excusat: quæ contra illos à probatisimis etiam historicis adferuntur, aut plane negat, & tanquam calumnias Orthodoxorum traducit, aut sine decisione in medio relinquit: e contrario autem, quæ per calumniam Orthodoxis ab hæreticis affinguntur, tanquam certissima recipit, quin & calumnias novas interdum calumniis veterum addit. Hoc institutum suum, sicubi alias, certe in Capite, quod Donatistarum historiam complectitur, improbe exequitur. Mam quæ Mensurio & Cæciliano itemque Felici Ordinatori huiusdem à Donatistis, contra jus fasque impacta fuere, tanquam omni dubio carentia, ac certissima recenset: quod vero Acta Saturnini Donatistam habeant autorem, & quod ultima illa capita supposititia sint, inficiatur. De cætero errores Donatistarum partim excusat, partim etiam defendit, omnibusque illis conciliis, in quibus damnatus est Donatus cum adhærentibus suis, Episcopos partium studio addictos adfuisse, imo praesides proterve

(β) Epist. V.

(γ) Parte I. Libr. IV. cap. VIII. §. 44. & sqq.

proterve asserit. Causa autem, quæ Arnaldo patrocinium Hæreticorum perfvasit præcipua fuisse videtur, quod cum Pietista, imo Hyperpietista (δ) esset, atq; ex consuetudine hærefoes novellæ, à plurimis aliis hæreticis centonem matæologiæ petiisset, ut gratum erga Præceptores suos animum testaretur, non potuerit non causam Hæreticorum suscipere defendendam.

X.

Nos vero cum de Tempore, Loco, Autore & Causis Schismatis hucusque egerimus, tandem & Nomini & Doctrinæ Schismaticorum aliquid curæ impendemus. Nomen quidem, quod attinet, memorabile sane est, quod non ab Autoribus [uti in aliis Sectis (s) frequentissimum est,] Botro & Celestio, denominata hæc secta fuerit. Nam initio statim Schismatici, aut a primo illorum Episcopo *Pars Majorini*, (ζ) aut a Donato Casensi *Pars Donati* (η) dicebantur: Non, quod Donatus Casensis Majorino in Episcopatu succeſſerit, utpote cuius contrarium, adversus Albaſpinæum (θ) Natalis Alexandér (ι) evincit; sed quod ille quasi *principius Schismatis incensor* fuerit, ut loquitur modo allegatus Natalis Alexander. (κ) Nam Donatus a Casis Ni‐gris, qui jam olim cum Cæcilianus adhuc Diaconi munere

C

fungere‐

- (δ) Conferantur Wigandiana Summe Reverendi Dn. Præfidis, pasim.
- (ε) Sic Simoniani à Simone Mago, Arriani ab Arrio, Nestoriani à Nestorio dicebantur.
- (ζ) Augustinus Ep. LXXXVIII T. II. p. 213. & 214. Item Mo‐numenta Vetera ad Donatistarum historiam spectantia. p. 179.
- (η) Augustinus Collat. Cartag. diei 3. Cap. XII. T. IX. 567. C.
- (θ) Observationibus in Optatum p. 136. & 137.
- (ι) Histor. Eccl. Sec. IV. Part. II. Dissertat. I. p. 1. & sqq.
- (κ) 1 c. p. 4.

fungeretur, Schisma Cartagine fecit (λ) & altare contra alterare, in amplissima hac civitate, primus erexit, ut testatur Augustinus: (μ) siquidem non fegni fuit in Majorini electione contra Cæcilianum procuranda, (ν) & trnasmarinos judices ab imperatore postulavit, (ξ) Romamq, cum aliis, ad causam contra Cæcilianum dicendam, profectus est. (ο) Hinc Augustinus Donatum hunc Casensem, Schismatis Donatistarum Principem fuisse dicit. (π) Postea Donatus alter mortuo Majorino in Episcopatu quoad partem ab unitate Ecclesiae abstractam succedens, eloquentia sua hæresin adeo roboravit, ut, teste Augustino, (ρ) multi existimant, ab eo potius Donatistas cognominari, quam à priore illo ejusdem nominis. Quæ sententia sane non improbabilis videtur, partim ob ea, quæ de Majorini parte, circa initium hujus paragraphi, dicta sunt; partim quia Donatum hunc Cartaginem Donatistæ tanti faciebant, ut de ejusce magis, quam de DEI nomine gloriarentur. (σ) Et Optatus (τ) sane refert, Donatum hunc aūsum fuisse populum cum Deo dividere ut qui illum sequerentur, non Christiani, sed Donatistæ dicerentur. Quin & quemadmodum ipse Donatus ad se venientes interrogabat, quid de Parte sua ageretur; ita & pariter illius aſſeclæ, in publicis judiciis interrogati, sic ad Acta locuti sunt,

(λ) Augustinus in Breviculo Collat. diei 3, Cap. XII. T. IX.

567. C.

(μ) Libro II. contra Cresconium Cap. I. T. IX. 410. C.

(ν) Augustinus de Hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. 21. E.

(ξ) Augustinus Libr. I. Retract. Cap. XXI. T. I. p. 32. D.

(ο) Idem in Breviculo Collat. diei 3. Cap. XVII. 572. D.

(π) De Hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. 21. E.

(ρ) Ibid F.

(σ) Augustinus de Unitate Ecclesiæ Cap. XVI. 367. E.

(τ) p. 58.

sunt, ut de Christo tacentes se de Parte Donati esse profite-
rentur. Interea nihilominus, quod mireris, qui de Parte
Donati se esse agnoscebant, Donatistarum tamen cognomen
respuebant, (v) dicentes: *Donatum non esse autorem Eccle-
sie, que antea non fuerit, sed Episcopum Ecclesia antiqua &
a Christo deducta.* Ast Augustinus (Φ) ipsis regerebat, etiam
Maximianum, qui à reliquis Donatistis secesserat, & pecu-
liare schisma fecerat, idem dicere, atque nihilo tamen se-
cius ejus asseclas a Donatistis Maximianenses, vel Maxi-
mianos appellari. Cum autem Cresconius Grammaticus,
eos contra regulas grammaticas impingere affereret, qui
Donatistarum nomine utantur: quandoquidem a Donato
potius Donatiani, sicut ab Arrio Arriani, & a Novato No-
vatiani dici debeant: de eo Augustinus item deprecabatur;
in libris contra Cresconium promittens, se adversus Dona-
tistas agentem, Donatianorum nomine usurum; dummodo
sibi libertas relinqueretur, ut posthabitis argutiis gramma-
ticis, in aliis scriptis communem vocis usum sequeretur. (χ)
Nec silentio prætereundus est parachronismus (nisi forte fit
error graphicus, ut pro Cypriano Augustinus poni debue-
rit, quod mihi quidem admodum probabile videtur) Bern-
hardi Lutzenburgi, (ψ) qui Schisma Donatistarum à Do-
nato quodam, adversus quem Cyprianus Epistolas & Tracta-
tus scripsit, nomen & originem cepisse statuit, utpote
quem præter venerandum Dn. D. Ittigium (ω) etiam re-

C 2

futavit

(v) Augustinus libro IV, contra Cresconium Cap. VI. T. IX.

486. F. G.

(φ) Ibidem.

(χ) Libro II. contra Cresconium Cap. I. & II. 409. & sqq.

(ψ) In Catalogo Hæreticorum.

(ω) In Appendice Dissertationis de Hæresiarchis & vii Apostolici &
Apostolico proximi 9. XXV. p. 250.

futavit Alphonsus a Castro. (α) Uterque enim Cypriani ætatem multis annis originem Schismatis Donatistici antevertere, neque ulla scripta Donato cuidam opposita in Cypriani Operibus legi, erudite ostendit.

XI.

Cæterum Donatistæ cum variis Conciliis, diversisq; Imperatorum Decretis, (β) damnati, ad Ecclesiam tamen Catholicam reverti nollent, accedente pertinacia, (γ) non immerito Hæreseos ab Augustino accusantur: præsertim cum propriis eorum hypothesibus accederent dogmata fundamentis Christianismi adversantia, quæ ab aliis mutuabantur. Statuebant enim de Deo, Filium, quamvis consubstantialem Patri, minorem tamen esse Patre, & Spiritum S. minorem utroque, nimirum & Patre & Filio. (δ) In hoc fundamentali errore, Theodoretus (ε) simpliciter afferit, Donatistas cum Arrianis consensisse. Alii vero solum Donati tractatum de Spiritu Sancto Arriano dogmati con-

gruere

(α) Libro VI, adversus Hæreses.

(β) De quibus optime Dn. D. Ittigius in Appendice Dissertat. de Hæresiarchis, &c. Valesius in Dissertat. de Schismate Donatistarum, annexa Eusebii historiæ Ecclesiasticæ, Annotationibus Valesii illustratae 1672. in fol. Du Pin in Historia Donatistarum, Optato præmissa. Leydeckerus in Historia Africana. Ultrajecti 1690. in 4to. in specie de Collat. Carthag confer. Danhauer in Dissertat. ad Collat. Carthag. Argentorati, 1651.

(γ) Augustinus de Hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. 21. D.

(δ) Augustinus in Epist. ad Bonifacium T. V. 176. D Anselmus Havelbergensis Libro I. Dialogorum a Luca Dachenio T. XIII. Spicilegii sui editorum. Confer. etiam Summe Reverendus Dn. Præses in Collegio Historico Ecclesiastico MSSto Sec. IV. Cap. 5.

(ε) Libro IV, Cap. VI, de Hæret fabul.

gruerit affirmabant, ut Hieronymus, (ξ) & Augustinus. (η) Augustinus tamen in eodem loco addit, quamvis Donatistarum multitudo ad istum Donati de Trinitate errorem non attenderit, quosdam tamen ex asseclis æqualitatem Filii cum Patre negasse. (θ) De Ecclesia sentiebant, eam propter communionem cum Cæciliiano, quasi contagione quadam extinctam de toto terrarum orbe periisse & in sola Africa, penes Donati Partem, remansisse. (ι) Hinc parietes ab iis lavabantur, altaria radebantur, & calices frangebantur, in templis Catholicorum, si quæ forte à Schismatis occuparentur. (κ) Hinc iidem, Ecclesiæ Catholicæ adictos, tanquam immundos aversabantur, indignum rati, in unum convenire filios Martyrum, & filios Traditorum, ut refert Augustinus. (λ) Hinc, cum in Collatione Carthaginensi, Colloquium cum Orthodoxis vitare non possent, sedere tamen cum illis detrectabant, ne contra Ps. XXVI. federent cum impiis. (μ) Hinc fratres a Catholicis appellari nolebant

C 3

(ξ) De Scriptoribus Ecclesiasticis Cap. XCIII.

(η) Libro de hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. 21. F.

(θ) Sermone XXXI. de Verbis Apostoli T. II. 103. E. Ep CLXXXV T. II. 643. D.

(ι) Augustinus Libro I. de Agone Christiano T. VI. p. 258. G. Itcm Libro de Hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. 21. D. Danhauer, in Dissertat. ad Collat. Carthag. p. 11. Ittig. I. c. p. 327.

(κ) Optatus Libro VI. p. 90, 91, 92, 97, Baronius Anno Christi 411. n. VII. Dn, Ittig. I. c. p. 318.

(λ) Post Collat. Cap. I. T. IX. p. 581.

(μ) Augustinus Sermone XCIX. T. V. 524. E. Danhauer in Dissertat. ad Collat. Carthag. p. 15. Dn, D. Ittig. I. c. p. 328.

nolebant. (v) Hinc nec mortuis Catholicis, in cœmeteriis suis, locum relinquebant. Porro (ξ) Baptismum nullum extra cœtum suum dari contendebant, (o) ideoque Catholicos ad se venientes rebaptizabant. Nam Augustinus (π) juvenem quendam ob scelera in Catholica Ecclesia perpetrata, ad Donatistas fugientem, ab iis rebaptizatum memorat: de Primo etiam, quem Catholici clero ejecerant & duabus Sanctimonialibus, apud Donatistas rebaptizatis, ex postulat: (ε) Diaconum quendam a Maximino rebaptizatum queritur: (σ) De Macrobius, Diaconum alium rebaptizare conante agit: (τ) Splendonum a Petilio rebaptizatum refert. (υ) Similiter & Ordinationis apud Catholicos factæ nullam rationem habebant; sed Presbyteros & Diaconos ad eorum cœtum deficientes, in laicorum numero & ordine, donec iterum ordinarentur, censebant; quin imo ipsos quoque Episcopos Catechumenos faciebant. (Φ)

De

- (v) Optatus libro I. p. 4. & Libro IV. p. 71. & 72. Augustinus Enarrat. III. in Ps. XXXII. T. IV. p. 207. D. Item inter Sermones, quem ante collationem de pace habuit, qui est inter XL. a Syrmondo editos XXXV. Balduinus Hist. Carthag. Collat. p. 618. edit. Parif. Danhauer I. c. p. 15. Itig. I. c. p. 328.
- (ξ) Optatus libro VI. p. 97. Dn. D. Itig. I. c. p. 328. & seqq.
- (o) Augustinus libro de Hæresibus Cap. LXIX. T. VIII. 22. C. in VII. libris de baptismo contra Donatistas T. IX. p. 79 & seqq. Libro de unico baptismo contra Petilianum, T. IX, p. 527. & seqq. Dn. D. Itig. I. c. p. 331.
- (π) Ep. XXXIV. T. II. 63. D.
- (ε) Ep. XXXV. T. II. p. 66. F. G.
- (σ) Ep. XXIII. T. II. p. 30. & seqq.
- (τ) In Ep. CVI. CVII. & CVIII. T. II. p. 303. & seqq.
- (υ) Libro III. contra Petilianum Cap. XXXVIII. T. IX. p. 319.
- (Φ) Augustinus libro de unico baptismo T. IX. 117 B. Danhauer Dissertat. ad Collat. Carthag. p. 11. Dn. D. Itig. I. c. p. 338.

De Libero Arbitrio docebant: Hominem eo adhuc in spiritualibus instruatum esse, ut si velit credere, credat; si nolit, non credat. (x) Magistratui non licere poenis subjecere heterodoxos, quomodocunque se gererent, tradebant, eidemque omnem in rebus ad Ecclesiam spectantibus potestatem denegabant. Hinc subinde querebantur, se potestatis seculi quasi venundari, liberumque arbitrium à Deo creatum sibi adimi, multaque contra Regum aliorumq; Magistratum autoritatem blaterabant. (ψ) Mortem violentam, quam quis sibi ipsi intulisset, aut ab aliis inferri curasset, martyrium esse, (non quidem omnes; sed tamen Circumcelliones) (ω) nugabantur. Quam ob causam obvios, nisi male tractari vellent, cogebant, ut vulnera, imo etiam necem volentibus infligerent. Qua de re (α) lepidissimam historiam Theodoreus (β) narrat: Incidebant nimurum aliquando plures ex Circumcellionibus in generosum aliquem juvenem catholicum, cui ense porrecto, mandabant, ut manus violentas ipsis inferret, inflictisque vulneribus lethalibus, Martyrum coronam procuraret. Respondet juvenis, se vereri, ne aliquot occisis, reliqui, qui superessent, poenitentia ducti, mentem mutarent, & paciam ab ipso exigerent. Postulat ergo, ut securitatis gratia, se prius vinculis constringi paterentur: quod cum ex voto obtinuisse, Pseudomartyres ferula castigavit, atque ita risui, qui obviabant, spectatorum exposuit. Nec absimilia

(x) Augustinus de unitate Ecclesiæ Cap. IX. Tom. IX.

35. A.

(ψ) Idem libro II. contra Petilianum Cap. XCII. T. IX. p. 472.
& sqq. Dn. D. Itting. I. c. p. 335. & 336.

(ω) Kortholt Histor. Eccles. p. 97.

(α) Ibidem.

(β) In libro de fabulis Hæret.

lia Augustinus (γ) de Gaudentio, memorat, qui se ipsum cum aliis quibusdam; suæ factionis, in Ecclesia incendio perditum esse, fuerit comminatus. Denique de Ministerio Ecclesiastico hanc fovebant opinionem, à Ministrorum Ecclesiæ pietate dependere efficaciam Verbi & Sacramentorum, ita, ut si Minister sit malus, officium ejus propterea sit inefficax, & Sacraenta, quæ ab eo dispensantur, fiant inutilia. (δ) Quæ causa erat, ut quod antea diximus a Catholicis baptizatos rebaptizarent, utpote quos non accepisse verum baptismum, opinabantur. (ϵ)

XII.

Hæc, quam ultimo loco reservavimus, doctrina de inefficacia Ministerii, quod impii obeunt, prima Donatismi falsitas fuit. Ea enim de causa Cæciliani ordinacionem irritam proclamabant, quod ab impio, nimirum à Traditore (ut falso tradebant) peracta fuerit. Indeque & officium æstimabant inefficax, non solum propter irritam ordinationem; sed vel maxime etiam, quod Cæcilianum æque ac ordinatorem ejus, ut impium Traditorem, calumniarentur. Ex hoc Schismaticorum dogmate originem aliæ etiam falsæ hypotheses & persvasiones traxere, nimirum ut Ecclesiam de toto terrarum orbe, præter illum, in quo ipsi delirabant Africæ angulum, periisse, opinarentur, atque ut reliquos ministros a Donati partibus abhorrentes, ad unum omnes, impietatis damnarent. Ideo etiam nullum extra cœtum suum dari baptismum contendebant, quod baptisimus a Ministro impio collatus, ab iis inefficax censeretur.

(γ) Libro I contra Gaudentium Cap. I. T. IX. 635.

(δ) Libro II. contra Petilianum T. IX. 248. F. 250. G. & 251.
A. Danhauer l. c. p. 11.

(ϵ) Confer. quæ in eodem hoc paragrapho supra de baptismō dicta sunt.

seretur. Quandoquidem vero suppositis ejusmodi hypothesisibus, via primum ad perpetuam dubitationem, & a dubitatione tandem ad desperationem panditur, nec quisquam de efficacia baptismi sui, ac consequenter etiam de salute, quæ Baptismo innititur, certus esse posset, merito eadem a Confessoribus Augustanis rejiciuntur, & damnantur, ut pote qui Art. VIII. A. C sequentem in modum scribunt:

Quanquam Ecclesia proprie sit congregatio Sanctorum, & vere credentium, tamen cum in hac vita multi hypocrita & mali admixti sint, licet uti Sacramentis, quæ per malos administrantur, juxta vocem Christi: Sedent Scribæ & Pharisei in Cathedra Mosis &c. Et Sacra menta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi, sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur. Damnant (scilicet Ecclesie nostræ) Donatistas & similes, qui negabant, licere uti Ministerio malorum in Ecclesia & sentiebant, Ministerium malorum inutile & inefficax esse.

CAPUT II.

In quo hypothesis hæc in Ecclesiam Evangelicam ex Orco reducta esse ostenditur.

CONSPECTUS.

- I. Ante Donatistas huic errori praluserunt Tertullianus,
- II. Agrippinus,
- III. & Cyprianus.
- IV. Post Donatistas Luciferiani, Apostolici, Albigenses & Waldenses ejusdem incusantur erroris.
- V. Wiclephus errorem hunc forisse conceditur; Hussus negatur.
- D
- VI. Pon-

- VII. Pontificii ab eodem errore non prorsus sunt immunes.
 VIII. Apertissime cum Donatistis faciunt Anabaptista,
 VIII. Schwenckfeldius,
 IX. Weigelius,
 X. Quackeri,
 XI. Labadista,
 XII. Fanatici alii,
 XIII. & Novatores hodierni.

I.

Riusquam hypothesin hanc Donatistarum, de inefficacia Ministerii impiorum, quam a Confessoribus Augustanis, per Articulum VIII rejici in capite precedente ostendimus, in Ecclesiam Evangelicam ex Orco reductam esse, demonstremus, circumspiciendum esse duximus, utrum & aliqui jam ante Donatistas correpti hoc errore fuerint. Evolutis igitur Annalibus Ecclesiasticis, jam circa finem seculi Apostolico proximi sece offert Tertullianus, Ecclesiae Carthaginensis Presbyter. (§) Hunc enim ex parte huic errori addictum deprehendimus, cum haereticorum baptismum esse illegitimum, a quibusunque fuerit administratus, statueret, scribens: (n) *Non idem Deus est nobis, & illis hereticis, nec unus Christus, id est idem: ideoq; nec baptismus unus; quia nou idem, quem, cum rite non habeant, sine dubio non habent.*

II.

- (§) Hieronymus de Script. Ecclesiast. Cap. LIII. Guilielmus Cave de Vitis Patrum primitiva Ecclesiae. T. I p. 208. & in Historia literaria Scriptorum Ecclesiasticorum, p. 41;
 (n) De Baptismo Cap. IV.

II.

Clarius errorem hunc professus est Agrippinus, circa initium Seculi III. Episcopus Carthaginensis, (θ) quem Cypriani prædecessorem Augustinus nominat. (ι) Id, quod tamen non eo in sensu accipiendum esse, quasi Cyprianus ipsum proxime, nullo alio mediante, fuerit consecutus, bene monuit Baronius. (κ) Nam ipse Cyprianus, (λ) sicut Cornelii antecessorem dicit Fabianum, ita sium nominat Donatum, cum Donato, Schismatis de quo agimus, reo, non confundendum, prouti in subsequenti paragrapho dicemus. Hicce Agrippinus Sacra menta, ab Hæreticis & Schismatis, post separationem ab unitate catholica, etiam juxta ipsam Christi institutionem collata, pronunciabat irrita, eam tantummodo ob causam, quod ab hæreticis collata essent; (μ) quem ideo etiam Autorem hujus erroris nominat Augustinus, (ν) & qui idem clarius testatur Vincen-
tius Lirinensis, (ξ) referens, Agrippinum *primum omnium mortalium censuisse, rebaptizandum esse.*

III.

Agrippino in propagatione erroris succedit, maximi

D 2 alias

(θ) Baronius A. C. 217. N. I. & II. Confer. etiam Dn. D. Adami Rechenbergii Summarium Historiæ Ecclesiastice, Sect. II. Cap. III. §. 27.

(ι) De Baptismo contra Donatum Libro I. Cap. VII, VIII & IX.

(κ) In Annalibus A. C. 217. N. I. & A. C. 250. N. I. II. & III.

(λ) Ep. LV.

(μ) Bellarminus Libro II. de Sacramentis in genere Cap. XXVI. T. III. p. m. 26. A. Josua Arndius Antiquit. Eccles. p. 465. Petrejus A. C. 250. Stockmannus in Elucidario Hæresium &c. sub titulo Agrippiniani. p. 17.

(ν) Libro II. de Baptismo Cap. VII. Confer. Rechenbergii Sum-
marium Historiæ Ecclesiast. Sect. II, Cap. III. Sect. III. §. 12.

(ξ) In Comonitorio.

alias in Ecclesia nominis, Cyprianus. (o) Quod vero Cyprianus a Donato, Schismatis Donatistici, ut vulgo creditur, autore errorem hunc acceperit, uti Wilhelmus Wilcke in erudita alioqui Disputatione, quam sub præsidio Viri summe Reverendi, Amplissimi, atque Excellentissimi, Dn. Pauli Pomian Pesarovii, D. Theologiæ, pro conservatione veritatis cœlestis vigilantissimi, de Baptismo hæreticorum habuit, (π) asserit, historicæ veritati adversatur: quia Cyprianus, in nona persecuzione, quam Christiani, sub imperatore Licinio Valeriano, circa medium seculi III. patiebantur, (ε) anno nimirum CCLXI, juxta Baronium, (σ) aut potius CCLVIII, juxta Johannem Pearsonum, Episcopum Cestriensem (τ) capitis damnatus, martyrii coronam meruit; (υ) cum ipse, Disputationis huius Autor, in eodem paragrapto Donatum, post annum Christi trecentesimum, nimirum Seculo IV. vixisse affirmet. Fundamentum hujus parachronismi, sine dubio fuit, quod Donatum Schismaticum, & Donatum illum, qui ante Cyprianum Episcopatum Carthaginensem tenuit, & post cujus mortem ad Episcopalem, celeberrimæ illius Ecclesiæ Cathedram Cyprianus promovebatur; ad quem etiam Cyprianus libellum,

qui

(o) Bellarminus libro II. de Sacramentis in genere Cap. XXVI.
T. III. p. m. 26. A.

(π) Regiomonti A. 1705. §. I. p. 4.

(ε) Baronius A. C. 261. N. I. & sqq. (σ) loco citato.

(τ) In Annalibus Cyprianicis, qui etiam adjecti reperiuntur editioni Oxoniensi, quam Pater Johannes Fell, Præsul Oxoniensis notis doctissimis illustratam adornavit 1682, de qua Cave in Historia literaria Scriptorum Ecclesiasticorum Sect. III. p. 64.

(υ) Præter citatos vid. Lactantius de morte Persec. Cap. V. & Eusebius Hist. Ecclesiast. Lib. VII. Cap. 10.

qui pro primo ejus fœtu habetur, (Φ) destinavit, pro eodem habuerit. Sed, ut ad Cyprianum redeamus, circa huiuscem tempora rem Christianam maximè turbabant Novatus, Ecclesiæ Africanæ Presbyter, (χ) & Felicissimus itidem Presbyter factiosus & sceleratus. (ψ) Baronius quidem, (ω) Novatum in Africa Episcopum fuisse, certo, ut sibi videatur, argumento probare contendit, nimirum quia Cyprianus (α) tradit, Felicissimum ab ipso ordinatum fuisse Diaconum. Verum non attendit Baronius, in eadem epistola Cyprianum referre, quod hoc contra jus fasque de facto contigerit. Iste (scilicet Novatus, quæ Cypriani verba sunt) est, qui Felicissimum fæciliitem suum, nec permittente me, nec sciente, sua fatione & ambitione constituit. Fallitur ergo Baronius, & antiquorum Scriptorum testimonio destituitur, qui unanimi consensu, Novatum non nisi Presbyterum fuisse affirmant. (β) Sed ut ad id redeam, unde dicens fui. Quemadmodum Novatus, lapsos licet resipescentes, in sinum Ecclesiæ recipi & absolvī posse negabat, (γ) ita e contrario Felicissimus, lapsos omnes, nulla pœnitentia prævia, recipiendos esse affirmabat. (δ) Quando igitur Cyprianus media tutissimaque via incedere sibi vide-

D 3

batur

- (Φ) Cave in Historia literaria Scriptorum Ecclesiasticon, Sect. III. p. 63. (χ) Idem ibidem p. 66.
- (ψ) Baronius A. C. 254. N. LXI. Micraelius l. c. p. 261.
- (ω) A. C. 254. N. LIX. (α) Ep. XLIX.
- (β) Cyprianus Ep. XLIX. Pacianus Ep. III. ad Sympronium. Eusebius Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. XLII, item in Chronico. Nicophorus Lib. VI. Cap. III. &c.
- (γ) Eusebius Lib. VI. Cap. XLIII. Hist. Eccl. Micraelius in Syntagma Hist. Eccl. Libro II. Sect. I. p. 243. Stockmannus in Elucidario sub tit. Novatiani p. 280. Rechenberg. Hist. Eccl. Sect. II. Cap. III. Sect. III. §. 17.
- (δ) Baronius A. C. 254. N. LXI. Micraelius l. c. p. 261.

batur, censens iterandum eorum baptismum, qui ab hæreticis baptizati fuerant, & ad Ecclesiam redierant. (ε) Tantum vero abest, ut ab errore immunis dici queat, ut postius opinionem ejus ipsi fundamento fidei contrariam fuisse, recte Chemnitius (ξ) statuat, tametsi olim a tribus Synodis fuit approbata. (η)

IV.

Hæc ante Donatistas acciderunt: impostorum secundi capituli titulo satisfacturi, ea quæ Donatistas secuta sunt, commemorabimus, ubi Luciferianos (θ) Apostolicos (ι) Albigenses

(ε) Cyprianus Ep. VI. XLII. XLII. & LV. Confer. etiam Eusebius Hist. Eccl. Lib. VII. Cap. III. Nicephorus Lib. VI. Cap. VII. Baronius A. C. 258. N. XII. Micraelius I. c. p. 243. Cave in Vitis Patrum primitivæ Ecclesiæ, T. I. in Vita Cypriani, editionis germanicæ. p. 493. & in Historia literaria Scriptorum Ecclesiasticorum. Sect. III. p. 63. Add. Rechenbergius in Hist. Eccl. Sect. II. Cap. III. Sect. III. §. 24. 25. 26. & 27. & Chemnitius, oratione de lectione Patrum, quæ adjecta reperitur Rechenbergii Hist. Eccl. p. 756. & seq.

(ξ) in Oratione allegata.

(η) Vid. Johannes Pearsonius in Annalibus Cyprianicis. Micraelius I. c. p. 261. Cave in Vitis Patrum primitivæ Ecclesiæ I. c. & in Hist. lit. Script. Eccl. Sect. III. p. 65. Rechenberg I. c. Sect. II. Cap. III. Sect. III. §. 27.

(θ) De his vid. Augustinus libro de Hæresibus Cap. LXXXI. Micraelius I. c. p. 431. Alexander Rossæus de Religionibus mundi. p. 269. & Stockmannus in Elucidario sub titulo Luciferiani p. 222.

(ι) De hisce confer. Josua Arndius in Lexico Antiquit. Eccl. p. 461. Micraelius I. c. p. 299. Stockmannus, sub tit. Apostoli p. 41.

bigenses, (n) & Waldenses (λ) hujus erroris participes fuisse perhibet Bellarminus. (μ) Enimvero, quandoquidem nec scripta incusatorum hodie supersunt, nec testimonia exceptione majora contra ipsos suppetunt, (Bellarmi enim eos, qui Papatui strenue semet opposuere, non sine partium studio depingentis, fides perquam lubrica est) ideo brevitate studentes illos sicco præteribimus pede.

V.

Meliori & evidentiori jure a Bellarmino (ν) incusatur Johannes Wicleph, seu Viclef, quod Donatum ejusque assertio-
clas hoc in errore secutus fuerit. Erat autem hic Wicle-
phus, Doctor Oxoniensis, Theologus ac Philosophus acu-
tus, & in Seculo XIV. Papismi oppugnator acerrimus. (ξ)
Ille, quamvis in plerisque articulis, propter quos a Synodo
Constantiensi, Sessione VIII. damnatus est, (ο) recte sen-
ferit,

(n) Vid. Micraelius I. c. p. 488. & Stockmannus sub tit. Albin-
genses p. 19.

(λ) De Waldensibus vid. Alexander Ross de Religionibus Mun-
di p. 282. Iosua Arndius Lexic. Antiquit. Eccl. p. 497. & 498.
Hoornbeck in Summa Controversiarum p. 201. & seqq, &
Stockmannus sub titulo Waldenses. p. 444.

(μ) De Sacramentis in genere L. I. C. XXVI. T. III. p. 26.

(ν) loco citato.

(ξ) Micraelius in Syntagmate Histor. Eccles. Lib. III. Sect. I, p.
495. Henricus Wharton in Appendice ad Historiam litera-
riam Scriptorum Ecclesiasticorum Guilielmi Cave in Seculo Wi-
ckleviano p. 2. Adam Rechenbergius Hist. Eccl. Periodi IV.
Cap. IV. Sect. XIV. §. 1. 18. & 36. & Summe Reverendus
DN. Praeses in Collegio Historico Ecclesiastico MSSto. Sect.
XIV. Cap. III.

(ο) Vid. magna illa collectio Conciliorum regia, quæ Parisis 1644
XXXVII. Tomis in folio excusa est, T. XXIX. p. 296. &
seqq. Item Hermannus von der Hardt/ Tomo IV. Concilii
Constantiensis Parte I, p. 13.

senserit, (w) nævis tamen non omnino omnibus caruit, ad quos spectat articulus IV. hisce verbis constans: *Si Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, nec baptizat.* (q) Quo asserto Ministri in mortali peccato constituti officio, omnem plane efficaciam denegabat. Cæterum, quod Johannes Hussus strenuus quondam veritatis Evangelico-Lutheranae, ante Lutherum assertor, (r) ejusdem etiam erroris particeps fuerit, putidum Pontificiorum (s) mendacium & convitium est. Inter articulos enim a memorato Concilio Constantiensis in Johanne Husso impie damnatos, (t) sequens pro confirmando illiusdem Donatismo adducitur: *Sacerdotes quomodo libet criminose viventes, sacerdotii polluant potestatem.* At quid inde? Num ex hisce verbis colligi potest, quod ministerium malorum sit inefficax? Atqui potius e contrario subsumere licet, si polluant Sacerdotii potestatem, sequitur, quod adhuc competit illis Sacerdotii potestas, & per consequens ministerium illorum non sit inefficax. Quod impius minister polluat ministerii sui potestatem, etiam nos constan-

(π) Micraelius in Syntagmate Historia Ecclesiastica Lib. III. Sect. I. p. 579. & Summe Reverendus Dn. Praeses I. c. Sect XIV. C.V.

(q) Vid. Collectio Conciliorum & Hermannus von der Hardt locis allegatis.

(r) Micraelius in Syntagmate Histor. Eccles. Lib. III. Sect II. p. 349. Henricus Wharton in Appendice ad Guilielmi Cave Historiam literariam de Scriptoribus Ecclesiasticis, Seculo Syndicali p. 53. Adamus Rechenbergius in Summario Historia Ecclesiasticae Periodi IV. Cap. V. Sect. XV. §. 36.

(s) Bellarminus libro I. de Sacramentis in genere Cap. XXVI. T. III. p. 25. & 26.

(t) Confer. Collectio Conciliorum regia T. XXIX. p. 414. & lqq. & Hermannus von der Hardt Tomo IV. Concilii Constantensis P. V. p. 408. & 409.

constanter affirmamus. (φ) At exinde non sequitur, quod Ministerium, quamdiu illo fungitur, sit inefficax.

VI.

Atat, quod de Donatistis quondam assertebat Optatus: (χ)
Cum possent ipsi ab innocentibus argui, innocentes arguere stu-
duerunt: illud jure merito ad Pontificios applicatur: quippe,
quibus longe rectius, quam Iohanni Husso, objici potest,
quod Donatistarum vestigia hac in parte legant. Quamvis
enim recte negent, requiri fidem & probitatem ministri ad
efficaciam Sacramentorum; (ψ) male tamen intentionem
ministri adeo necessariam esse ad Sacramenti efficaciam
judicant, ut eandem constituant causam Sacramenti sine
qua non. Ita enim expresse Concilium Tridentinum: (ω)
Si quis dixerit, in Ministris, dum Sacraenta conficiunt; vel
conferunt; non requiri intentionem, saltem faciendi, quod fa-
cit Ecclesia, anathema sit. Licet autem Pontificii in partes

E

abeant,

(φ) Vid. Summe Reverendi Dn. D. Gruenenbergii Disputatio se-
 cunda de Ministro Dei impio. §. I. p. 1.

(χ) p. 9. Confer. Capitis præcedentis §. VIII. p. 14.

(ψ) Innocentius I. Pontifex Romanus aut quisquis alius Autor ha-
 rum Epistolarum est, quæ sub ipsius nomine prostant, (pro
 spuriis enim ab Eruditis priores XXIII. haberi, indicat Cave
 Hist. lit. Script. Eccles. Sec. V. p. 206.) Ep. XXII. Leo, Ep.
 LXXVII. ad Nicetum. Anastasius II. in Ep. ad Anastasium Im-
 peratorem, quæ habetur Tomo IV. Conciliorum. p. 1278.
 & in novissima Collectione, quæ per Labbeum & Cossartum
 XVIII. Vol. in fol. 1672. Parisiis adornata est p. 1457. Con-
 cilium Constantiense Sess. VIII. apud Hermannum von der
 Hardt/ T. IV. P. I. p. 153. Concilium Tridentinum Sess.
 VII. Can. 12. Bellarminus Libro I. de Sacramentis in genere
 Cap. XXVI. T. III. p. 25. & sqq.

(ω) Sess. VIII. Can. 11. Vid. etiam Concilium Florentinum in
 instructione Armenorum.

abeant, (α) quoniam alii intentionem tantum requirunt, sub respectu ad actum seu objectum, (β) alii vero plane etiam sub respectu ad finem; (γ) juxta utrosque tamen efficacia Sacramentorum ab intentione ministri dependet. Quod, annon proprius accedat Donatistarum sententiæ, quam allegatum Hussi effatum, (δ) cordato cuilibet dijudicandum relinquo.

VII.

Presius vestigiis Donatistarum institerunt Anabaptistæ, (ϵ) quorum initium Sleidanus (ζ) ad annum 1527. refert. Quia vero inter hos tot tantæque dissensiones & factiones, ut describi vix queant, reperiuntur, (η) præ reliquis Sectæ Mennonitarum seu Mennonistarum inter complures alios errores, hunc etiam publicis defendit scriptis: *Ministerium malorum esse vanum & nullum.* (ϑ) Ipse Author Sectæ hujus Anabaptisticæ, a quo nomen sortiebantur,

- (α) Chemnitius in Examine Concilii Tridentini.
- (β) Inter quos Bellarminus Libro I. de Sacramentis Cap. XXVII. Tom. III. p. 27. & seqq.
- (γ) Scholastici Parte IV. 13. membr. I. art. 2. Gabriel in IV. Dist. VI. qu. 1. Scorus in IV. Dist. VI. qu. 5.
- (δ) de quô § præcedente VI.
- (ϵ) De his vid. Wigandi Anabaptismus, Schlüsselburgii liber XII. Catalogi hæreticorum. Micraelius in Syntagma Historiæ Ecclesiasticae. Lib. III. Sect. II. p. 857. Benedictus Figk, im alten Anabaptist und neuen Quacker. Stockmannus in Elucidario, sub titulo Anabaptistæ p. 24. & imprimis Bullingerus, in Tractatu de Anabaptismo, & Joh. Hoornbeck, in Summa Controversiarum Religionis p. 330. & sqq.
- (ζ) p. 92. Editionis Germanicæ de anno 1612, in fol.
- (η) Micraelius I. c. p. 858.
- (ϑ) Hartnacius in Continuatione Historiæ Ecclesiasticae Micraelii, de Secta Mennonistarum p. 102 f.

tur, (i) Menno Simonis in libro, qui inscribitur *Fundamentum Fidei*, (x) postquam plurima in vitam Ministrorum, non tantum Pontificiorum, sed etiam nostratum convitia evomuisset, & dicta Scripturæ, pro more suo, obtorto quasi collo detorsisset, præprimis ad locum Matth. VII. 16. provocans: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*; quem perperam de solis vitæ fructibus interpretabatur, (λ) tandem scribit: (μ) *Das ist auch die Ursache / darumb wir unverhohlen lehren / ihre (nempe Lutheranorum & Pontificiorum) verführische Predigten nicht zu hören / ihre Sacramenta nicht zu brauchen.* Et post pauca: *Lieber / saget / wie kont ihr von den Verfluchten gebenedeyet / und von den Blinden recht geführet werden?* Verum asseclæ Mennonis clarioribus verbis sententiam suam exposuere. Quidam enim, nomine Peter van Edlli seu van Ceulen, in colloquio Embdensi, (ν) ita cum Mensone, Theologo Reformato, loquens introducit: *Thom veerden begeren wy van Mensone tho wethen / wo wy von em de Wörde verstahn sollen / in sinner Bekentniſſe van de vele Schwachheiden / de by den Deneris gespöret werden / math dath vor Schwachheiden sith / unde wy verstahn / dath dese Schwachheiden nicht syn Werken des Fleisches / unde grove Sünde / darvon Paulus tho den Galat. schryvet / unde seggen darby / wenn en Dener von groven openbahren Sünden overtuget wardt / dat alsdenn syn Dienst des Godtlichen Wordes unde Sacramenten unfruchtbar und krafftloß sy / unde geen Go-*

E 2

des

- (i) Idem ibidem p. 1010, & Stockmannus in Elucidario sub titulo *Mennonistæ* p. 252.
- (x) *Vom Leben der Prædicanten* p. 156. & sqq. edit. Germanicæ de Anno 1575 in 8.
- (λ) Wigandus in *Anabaptismo*. p. 135. (μ) p. 172.
- (ν) *Protocoll des Gesprächs tho Embden* Art. VIII. Act. 79, fol. 238.

des Wordt / unde geene Sacramenta mögen vorstreden / dewyle em dat Wordt GÖttes nicht thokommt. Et in colloquio Leovardensi, (ξ) idem Peter van Ceulen, postquam se iis constanter inhæsurum esse affirmaverat, quæ Embdæ hac de materia protulisset, addit: Ende segge daerby: Wanneer een Dienaer van grove openbahre sonden overghetuyghet wordt, dat alsdann synen Dienst des Godlycken Words ende der Sacramenten onvruchtbaer en crachteeloos sy. Arnoldus equidem in Historia sua, (o) promittit, se ex Confessionibus fidei Mennonistarum, primaria capita allegaturum esse, ex quibus doctrina illorum cognosci queat; sed de hypothesi, quam nos ex scriptis illorum excerptimus, altum fovet silentium. Atque hæc cauſa fuit, propter quam ipsissima Adversariorum verba (quod etiam in sequentibus observabitur) referre nobis placuit, ne quis habeat, quod (ut Arnoldo frequentissimum est) objiciat, ab Orthodoxis hanc hypothesin hæreticis affictam fuisse.

VIII.

Eodem seculo & imprimis circa tempus exhibitæ Confessionis Augustanæ, plurimas fanaticas & seniori doctrinæ adversas, excogitavit, & disseminavit hypotheses, Caspar Schwenckfeld de Ossig, Nobilis Silesius, ex antiquissima ordinis equestris familia ibidem oriundus. (π) Ille, quemadmodum Scripturam Sacram, tanquam verbum externum & literam mortuam contemnebat, omnemque virtutem in spiritua-

(ξ) Art. VIII. Act. 153.

(o) Parte II. Libr. XVII. Cap. XII. §. 8.

(π) Micraelius in Syntagmate Historiae Ecclesiastice, Lib. III. S. et. II. p. 798. & 839. Hoornbeck in Summa Controversiarum, p. 438. & sqq. & Stockmannus in Elucidario, sub titulo: Schwenckfeldiani, p. 379.

spiritualibus ei denegabat; (e) ita pariter functioni malorum ministrorum, efficaciam adesse inficiabatur. Propria ipsius hac de re verba ita se habent: **Der kan dem Worte Gottes Christo im Lehr-Ampte nicht dienen / in welchem das Wort Christus nicht wesentlich wohnet / daß sichs in ihm und seinem Dienste mit Gnaden selbst predige.** Darum so wird die Christliche Kirche / die Heuchler und bösen Priester / oder selbst lauffende Prediger / keinesweges vertheidigen / vielweniger die / so öffentlich sündigen / in ihrer Gemeine dulden / noch ihnen und den Sacramenten etwas Göttliche Kraft geben. (r) Arnoldus, (t) de Schwenckfeldio agens, cum studiorum ipsius & cognitionis linguae Græcae mentionem injecisset, addit: Nach dieser Zeit seiner Unwissenheit / hat ihm Gott (wie man berichtet /) sein

E 3

Herze

(e) Vid. T. I. Operum Schwenckfeldii, p. 319. & 765. T. II. p. 779. T. III. p. 231, 404. & 453. Confer. etiam D. Joh. Wigandus in Schwenckfeldismo p. 9. & sqq. & in Historia Schwenckfeldii eidem libro annexa p. 358. & sqq. D. Conradus Schlüßelburgius in Catalogo Hæreticorum de Schwenckfelditis. Lib. X. p. 27. ac 202. & sqq. Beatus Megalander Lutherus T. VIII. Jenensi Germanico p. 174. & seqq. D. Joh. Benedicti Carpovii Isagoge continuata, qua partem ultimam a D. Joh. Oleario Sect. III. p. 730. Hoornbeck in Summa Controversiarum. Lib. VI. p. 447. Stockmannus in Elucidatio p. 381. & imprimis Disputatio pie defuncti Dn. M. Michaelis Ulmiz apud nos Gedani quondam ad D. Corporis Christi Ecclesiastæ meritissimi, de Efficacia Verbi Divini interna, quam sub præfido B. D. Valentini Alberti, Autor defendit. Lips. 1690. Cap. II. §. II.

(r) Schwenckfeld Tomo I. Operum Ep. XC. p. 791.

(t) Parte II. Historiae Ecclesiastico-hæreticæ, Lib. XVI. C. XX. p. 241.

Herze gerühret / daß er nicht allein zum Erkentniß seiner selbst / und vornehmlich Gottes und seines Sohnes/sondern auch des gemeinen Verderbens / in der Christenheit gelanget / und sich mit grossem Ernst nach etwas besseres umbgesehen. Sed a quo hæc referuntur Arnolde? Ne gry quidem in aliorum scriptis historico-ecclesiasticis de illa relatione deprehenditur. Unde igitur ea, quæ ante duo fere secula contigere, didicisti? certe, vel per traditionem quan-dam non scriptam te hoc accepisse necesse est, vel Sympathia spiritualis, de qua Novatores gloriantur, (v) se ad mortuos usque, ut quæ in vivis egerunt, persentisceres, deduxit. Sed operæ pretium erit, Arnoldo in laudes Schwenckfeldii erumpenti, ulterius aures præbere. Nam paulo post, cum scripti cuiusdam Schwenckfel-diani, cui titulus *Von dem Missbrauch des Evangelii zur Sicherheit des Fleisches* / mentionem injecisset, pergit: Womit er ohne Zweifel bey vielen bereits keinen Dank verdienet hat / sondern nur Wiederwillen/ weil die damah-ligen Aenderungen / den meisten / wegen des freyen sichern Lebens anstunden / und angenommen wurden. Eben die-ses aber zeigte bereits an / daß es diesem Manne ein rech-ter Ernst umb die rechtschaffenen Früchte des Evangelii wäre / und er sich so bald durch sein Erkäntniß und Er-mahnungen von den Heuchlern absonderte. In welchem Vorhaben er auch billig zu unterhalten und zu schützen gewesen wäre / nachdem man seiner Aufrichtigkeit und Treue gegen Gott und Menschen eignem Geständniß nach

(v) D. Spener. Natur und Stade n. 60. p. 177. & sqq. Glau-bens-Lehre p. 730. 731. Confer. Piet. Sect. Summe Reve-rendi Dn. Präsidis P. III. Art. XVII. n. 7. p. 106. & sq. & in Thesibus ex Synopsi cum Antithesibus Art. XIX. Thes. VI. lit. π

nach versichert gewesen. Nobis verisimiliter, qualis & quantus zelus pro genuinis Evangelii fructibus hodienum Arnoldi est, talis etiam & tantus quondam antecessoris ejus Schwenckfeldii fuit. Integritatem & fidem erga Deum & homines, licet Schwenckfeldius verbis professus sit; revera tamen testimonium de se ipso irritum reddidit, cum hypothesibus pernitosis, atque in Deum & verbum ejus injuriosis, Ecclesiam aperte adeo vexaret, ut infidelitatem potius, quam fidem erga Deum prodiderit. Ejusdem ergo valoris est testimonium Schwenckfeldii de se ipso, ac Arnoldi, de semet pariter, in præfatione Historiæ Ecclesiæco-hæreticæ, (φ) testantis, quod ex sincero proposito solius veritatis, fœtum hunc cerebri sui, aut potius Cerberi, in lucem emiserit: cum si dicendum quod res est, opus totum dissimulatione veritatis, apertive mendaciis refertissimum deprehendatur. Idem ille in paragrapho secundo & sequentibus, haud proletarie virtutes Schwenckfeldii prædicat, quin ipsos quoque ipsius errores, vel tacet, vel probat, vel excusat. Color vero, quem hypothesi de ineffacia ministerii impiorum obducit, non aliis est, quam ille, quo Pietistæ communiter uti solent, videlicet, Schwenckfeldium securitati & hypocrisi Ministrorum occurtere voluisse. (x) Ut reliqua sicco pede prætereamus, quantum Arnoldus Schwenckfeldii partibus addictus fuerit, ex paragrapho 27. evidentissime patet, in quo, postquam de morte Schwenckfeldii, fide cuiusdam ex Schwenckfeldii discipulis, nomine Jacobi Held (ψ) suffultus, varia narrasset, exitum ejus be-

atum

(φ) §. 5.

(x) Loco citato Cap. XX. §. 16. p. 250.

(ψ) in libro, cui titulus *Endschafft und Auflösung des Mannes Odites/ Caspar Schwenckfelds 1547*, in 8.

atum prædicat, licet in agone eum dogmata sua confirmasse, haud diffiteatur. (ω)

IX

A Schwenckfeldio ad Weigelium facilis est transitus: quia hic illum (α) *cælestibus Prophetis* annumerat. Fuit autem Weigelius, circa medium seculi decimi sexti, Pastor Tzchopaviensis in Misnia, vel Zscopensis ut apud Micrælium (β) seu Zscopaunensis, ut minus commode apud Hoornbeckium (γ) ponitur, qui editis quamplurimis scriptis (δ) Schwenckfeldii hæresin in Germania fere extinctam instaurare periculoſo molimine conatus est. Parum enim aut nihil ipse Schwenckfeldio, præsertim in erroribus de Scriptura Sacra melior, quin imo in convitiis erga orthodoxos fœcundior exstitit, atque Enthusiaſtarum more ad Spiritum privatum ſæpius provocavit. (ε) Quod ad ea, de quibus nunc agendum est, attinet; Weigelius equidem, de Sacramentis tractans, hypothesi de ineffacia ministerii impiorum, ita contrarius eſſe videtur, ut potius in alteram partem defleat: cum ſua nihil intereffe perhibeat, utrum ab homine huic, an alii Sectæ addicto Eucharistiam accipiat. (ζ) Absolutionem tamen a Ministro impio peractam ineffacem iudicat, ſcribens: (η) So ein Apostel oder Prediger

(ω) P. II. Lib. XVI. Cap. XX. §. 27. p. 257.

(α) in Dialogo de vero Christianismo. Cap. IV.

(β) in Syntagmate Hist. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 859.

(γ) in Summa Controversiarum Religionis Lib. VI. p. 398.

(δ) De quibus Hoornbeck l. c p. 403. & ſqq. Arnold Hist. Eccl. P. II. Lib. XVII. Cap. XVII. §. 6. p. 617. & ſq.

(ε) Vid. Disputatio Dn. M. Michaëlis Ulmiz/ de efficacia verbi Divini interna. Cap. II. §. IV.

(ζ) Parte I. Postillæ p. 171. Arnold Parte II. Lib. XVII. Cap. XVII. §. 31. p. 630

(η) Parte II. Postillæ p. 38. Arnold l. c. §. 32. p. 631.

Prediger soll absolviren und lösen / so muß er zuver gläu-
big seyn / sonst geschiehet keine Absolution und Lösung.
Quod vero de Absolutione statuerat , deinde etiam ad præ-
dicationem verbi extendit: (9) Wo der Prediger das ins-
nere Zeugniß Jesu im Herzen nicht hat / ja noch wol
verlängnet / und begehret die Wahrheit in ihm selber durch
den Heiligen Geist nicht zu erfahren / ob gleich gute Zu-
hörer da wären / da gehet es doch alles leer ab / man trü-
schet leer Haber-Stroh. Hæc ex Postilla Fanatici , eo li-
bentius a me decerpta sunt , quo frequentius ad illam Ar-
noldus provocat: Aus diesen seinen eignen Schriften/ [scri-
bit Arnoldus] (10) und sonderlich aus der Postill / welche
die Lehr-Sätze meist in sich hält/ soll allhier die Summa
seiner Lehren/ so viel zur Historie nöthig ist / angezogen
werden / indem aus den gemeinen Streit-Büchern gnug-
sam zu sehen ist / daß ihm gar vieles ohne Grund beygele-
get worden / wie es bey dem eifrigen Disputiren meistens
geschicht. At vero in toto hoc indice , erroris , cuius à mc
Weigelius , adductis ipsius verbis , bona fide incusatus est ,
Arnoldus nullam omnino mentionem injectit ; tametsi hoc
dogma non minus ad historiam pertineat , quam reliqua
ibidem allegata. Verum , cum Weigelius ad Fanaticorum
classem pertineat , quos in opere suo commendat Arnoldus ,
nævosque illorum omnibus modis tegere allaborat , (11) quid
mirum , quod hunc etiam errorem præterierit?

F

X.

(9) Parte II. Postillæ p. 84 & in Summe Reverendi Dn. Præsidis
Pietismo Sectario Parte I. Art. III. §. 17. p. 85.

(10) Parte II. Libro XVII. Cap. XVII. §. 7. p. 618

(11) Conferatur Viri magnifici , summeque Reverendi Dn. Joha-
nis Fechtii , Theologæ Doctoris de universa Ecclesia pridem
meritisimi , cuius senectutem viresque labascentes , Deus ro-
borare , indefessumq; studium , quo Academicam juventutem
motbo

X.

Schwenckfeldium & Weigelium excipiunt Quackeri (λ) pariter eum, qui apud Deum in gratia non est, cum fructu Ecclesiam docere posse, pernegantes. Ita enim Barclajus: (μ) *Rejiciuntur errores Pontificiorum, qui affirmant, posse hominem absq[ue] vera Dei gratia esse Evangelii Ministrum & animabus prodesse.* Id, quod deinde plenius exponitur in Apologia, (ν) ubi inter alia legimus: *Quod gratia Dei necessaria qualificatio sit ministro, patet ex illo Apostoli Petri. I. Petri IV. v. 10. 11.* Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei: Si quis loquitur, quasi eloquia Dei; si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat DEUS. Inde patet, quod qui ministrant, id debeant facere, secundum donum & gratiam acceptam; sed qui gratia carent, ministrare non possunt, secundum illud, quod non habent. Secundo, sicut boni dispensatores multiformis Dei gratiae: sed quomodo potest aliquis illius bonus dispensator esse, quod non habet? Num possunt impii homines, qui gratia expertes sunt, DEI gratiae boni dispensatores esse &c. Barclajo consentit Wilhel-

mus morbo quandoque sic imperante, etiam in lecto ad futurum Ecclesiae usum præparare non gravatur, bonis & temporalibus & æternis renumerari clementissime dignetur, Disputatio de Sanctitate Ministerii Ecclesiastici §. XXXIX. p. 62. & sqq. Rostochii 1705.

(λ) De his vid. Hartnacius in continuatione Micraelii p. 1057. & sqq. Stockmannus in Elucidario Hæresium p. 432. Benedictus Figk, im alten Anabaptist und neuen Quacker / & imprimis summe Reverendus Dn. Præses i n Quackerismo confutato. (μ) in ipsa Th. IV. p. 53.

(ν) Th. X. p. 191, & sqq.

mus Caton, in *Antiqua veritate exaltata*, (ξ) cuius hæc sunt verba: Sonst kan er kein Prediger vor dem HErrn seyn/ so der HErr nicht in ihm wohnet. Plura testimonia (o) adducere supersedemus, considerantes potius, quomodo in conscribenda Historia Quackerorum procedat Arnoldus. Ille, postquam (π) de Quackerorum origine & scriptis egisset, & encomiorum affatim de integritate vitæ, pietateque eorum inspersisset, scripta illorum, propter difficultatem, obscuritatemque ab adversantibus non intelligi, adeoque nec sufficienter refutari jactitat, (ε) moxque pergit: (σ) Wir wollen dennoch die vornehmsten Puncte / worinnen die Quäker von andern abgehen / aus jetzt gedachten ihren Schriften hieher sezen / und die nothigsten Auffmerksa- gen beyfügen / weil aus denen Streit-Schriften allzu of- fensbahr ist/ daß ihre Worte und Meinungen sehr ungleich/ corrupt und wider ihren Sinn angeführt werden. Hæc ab Arnoldo promittuntur sed ita servantur, ut in eum re- cidad, quod aliis affingit. Inhærebimus soli illi hypothesi, de qua in præsentiarum sermo est, cuius expressam Arnol- dus mentionem non injicit. Hoc quidem refert, quod Quackeri necessitatem sanctæ vitæ a Ministris Ecclesiæ re- quirant. Sic enim in margine legitur. In contextu au- tem, ita verba ejus sese habent: Insonderheit erforder- stie/ neben dem städtigen Beruff (loquitur autem de vocatione interna externæ contradistincta) Trieb und Einfluss des Heiligen Geistes/ auch ein unausbleiblich heiliges Leben/

F 2

nach

(ξ) Die alte Wahrheit erhöhet. Cap. VI. p. 45.

(o) Conferantur Barclajus in *Vindiciis Veritatis contra Andream Pauli*, p. 26. Bourrough in *Vexillo* Cap. XV. & in *Decla- ratione de fide* p. 4, l. N. in charitate erga deperditos p. 57.

(π) P. II. Lib XIII, Cad. XX.

(ε) l. c. §. 18.

(σ) ibid. §. 19.

nach der Lehre Christi / und schreiben: Wir halten die Gnade Gottes vor eine unentbehrliche Nothwendigkeit / zu einem rechten Wesen eines Kirchen-Dieners. (r) De Quackeris igitur refert, quod sanctitatem vitae à Ministris Ecclesiæ requirant, secundum doctrinam Christi. Enimvero & nos sanctitatem vitae a Ministris Ecclesiæ, imo, ab omnibus omnino Christianis requirimus: Debeat vero Arnoldus etiam commemorare, quod Quackeri insuper vitam sanctam habeant pro causa, sine qua non, sub respectu ad Ministerium, quatenus utile & efficax est. De eo autem sicut: Gratiam quidem ex mente Quakerorum dicit necessariam esse, ad essentiam Ministerii; sed non exponit, de qua gratia intelligi velit, utrum de gratia assistente, an inhærente: itemque utrum de gratia oblata, an collata & recepta; denique utrum de gratia speciali, de qua loquitur Barelajus; an tantum de gratia generali, qua Deus homines sine exceptione omnes dignatur. (v)

XI

Porro & Labadistarum (φ) mentio hic facienda est, qui, prouti cum reliquis Fanaticis hypothesin illam a Donatistis acceperunt, quod Ecclesiam in his terris puram & sine omni macula somniant; (χ) ita pariter cum Dona-

(r) l. c. §. 49. p. 703

tistis

(v) Chemnitius L. L. Theol. Lib. VI. Cap. VI. Quensted. P. III. Cap. VI. Sect. I. didactica, Thes. XXV. p. 494. Brochmand Art. XIII. de gratia Dei. Cap. I Sect. VI.

(φ) De Labadistis vid, Christianus Nifanius, in Matæologia Labadiana. D. Abraham Calovius in Disputarione de Labadismo, Witteb. 1681. Celeberrimus Dn. D. Joh. Frid. Majer in Matæologia Labadiana. Witteb. 1685. Hartnacius in continuatione Micraeli p. 1251. Stockmannus in Elucidario, sub titulo Labadistæ. p. 207. & sqq.

(χ) Calovius l. c. Num. XXII. Dn. D. Majer. l. c. Thes. IX. Stockmannus l. c. Hartnacius l. c. p. 1254. & sqq.

tistis Ministerium impiorum judicant esse inefficax. (ψ) Sic enim Johannes de la Badie, Petrus Yvon, Petrus du Lig-
non, Henricus Schluter & Peter Schluter: (ω) Wir gläu-
ben / weil die Hirten und Lehrer die fürnehmsten Glieder
der Christlichen Kirchen seyn / daß sie darumb alleine aus
der Mitte deren müssen genommen werden / die warhaf-
tige Glieder der Kirchen seyn / und daß sie dem zu folge/
ehe sie wahre und lebendige Fürbilder der Heerde können
seyn/ erstlich von der Heerde selber müssen seyn/ daß sie den
Schaaffen müssen fürgehen / sollen selbige ihnen nachfol-
gen / und daß/ daferne sie bequäme Diener des neuen
Bundes seyn sollen / sie durch die Gnade Gottes darzu
müssen bequäm gemacht seyn/ weil sie es von ihnen selber
nicht seyn/ noch werden können / nach der Aussage Pauli.
Und darumb halten wir dieses unter uns für fest / daß die
jenigen / so von Gott und seiner Kirchen zum Lehr- und
Hirten-Ampt berufen werden / aus den fürnehmsten
Gläubigen müssen genommen werden / daß sie neben der
gemeinen Gnad der Wiedergeburt / noch über diß / auf
eine absonderliche Weise / von Gott müssen erleuchtet
seyn / ohne welche sie nicht die geringste Pflicht ihres
Dienstes ablegen und verrichten können. Et post pau-
ca: Also müssen nothwendig alle Hirten und Lehrer beschaf-
fen seyn / sollen sie anders geschickt werden / eines theils
ihre Schuldigkeit gebührend abzulegen / in denen Pflichten/
die nach der Aussage Pauli ihnen nothwendig obliegen /
theils auch / umb ihre Privilegien und Vortheile / so ihnen
das Wort Gottes gegeben und zugeignet hat / bequämt
F 3 lich

(ψ) Stockmannus l. c. p. 211.

(ω) In der Declarations-Schrift oder näheren Erklärung der rei-
nen Lehre und des gesetzlichen Glaubens. Horsfordt 1621. p. 67.
& sq. Cum quibus conferantur, quæ p. 59. de Notis veræ
Ecclesiæ proferuntur, Not. 1. & 2.

lich zu handhaben / und im Ansehen zu behalten. (α) De Labadistis ita sententiam suam exponit Arnoldus: (β) Es war / besagter massen / dieses das Hauptwerk des Labadie, daß er in der ganzen Christenheit / und absonderlich in der Reformirten Kirche / eine Reformation und Verbesserung im Leben / als höchstthig erkante. Verum in eo nervum Labadismi constitisse, falsissimum est. Nullus enim non Theologorum recte sentientium, Reformationem in vita necessariam, apud putida Ecclesiae membra agnoscit: quo spectat usus epanorthoticus in concionibus nostratuum haud infrequens. Quin imo cum nemo in hac vita legaliter perfectus sit, aut esse possit, etiam pii semper abunde reperiunt, quod in seipsis reformat. Itaque in eo potius Labadissini nervus consistit, quod cum Donatistis, Ecclesiam, in his terris legaliter purissimam, & membris ex ase perfectis constantem, mente sibi conciperent. Quemadmodum enim Donatistæ hanc ob rem se à Catholicis separabant; ita Labadistæ eadem de causa separationem adeo necessariam esse censuerunt, (γ) ut nec Sacra menta dispensari posse, nisi inter solos vere pios statuerent. (δ) De

quo

(α) Addatur etiam Daniel-Jona Beda, cuius verum nomen per transpositionem literarum est Joann de Labadie in justo judicio de justa bonorum secessione &c, qui tractatus germanice etiam prodiit, sub titulo: Die heilige und nothwendige Spaltung ic. Hamburg 1673. in 12. passim.

(β) P. II. Lib. XVII. C. XXI. § 14. p. 716.

(γ) Vid. Labadie in justo judicio de justa Bonorum secessione &c.

(δ) Vid. Solennis fidei Declaratio. Cap. XIV. p. 144. Kürze Glaubens-Erläuterung. Art. VI. p. 66. 67. Schluter, Praefat. de Regenerat. p. 20, 21, 23, 24, 26, 30. Meditatie van Iufr. Anna de Veer over de Scheiding der goede van de quade, ten aensien der Kerckelycke Gemeinschap, en beson-

quo hunc in modum Arnoldus: (s) Und also haben die andern dieses fast ihr Hauptwerk mit seyn lassen, daß sie von dem rechten und abgesonderten Gebrauch des Abendmahls / ihren Sinn an den Tag geleget. Gleichwie sie in eben solchen Schriften über die liederliche gemeine Administration geklaget. Ex epithetis, quæ administrationi Eucharistie, extra cœtum Labadistarum usitatæ, apponuntur, quivis cordatus perspiciet, Arnoldum cum Labadistis potius facere, quam cum Ecclesia nostra. Quæ enim apud nos, exemplo ipsius Christi, qui ne Judam quidem proditorem, ab Eucharistia arcebat, (t) fiunt, nomine eius einer liederlichen und gemeinen Administration, traducit: e contrario autem, separationem Labadistarum Donatisticam. à rectitudine commendare non erubescit.

XII.

Ad eandem quoque classem, eorum scilicet, qui Donatistarnm vestigiis in propagando errore de inefficacia Ministerii impiorum, institerunt, referri meretur tota Fanaticorum turba atque colluvies, quæ e Scholis Schwenckfeldii atque Weigelii quomodocunque prodiit; ex quibus par nobile fratrum jam in medium afferre sufficiat, quorum historiam Arnoldus in uno eodemque capite (n) pertexuit. Prior est Joachimus Betkius, qui ab Henningo Witte (o) in Linum [Marchiæ Brandenburgicæ prope Berlinum, ut Arnoldus (p) refert,] Pastor fuisse, & anno 1663. diem obiisse dicitur. Hic inter alia scripta pleraque

German-

besonder en het heylige Aventmaal des Heeren. A. M. Schurman, in Epist. lit. ff. 2, & imprimis Petrus Yvon in integro tractatu: Das heilige vot die Heiligen.

(s) I. c. §. 16. p. 717. (t) Luc. XXII. & sqq.

(n) nimurum P. III. Cap. XIII.

(o) in Diario Biographico, anno 1663. 12. Dec.

(p) P. III. Hist. Eccl. Cap. XIII, §. 10. p. 123.

Germanica, (x) eodem idiomate etiam vulgavit librum, sub nomine Benedicti Bahnsen [non Bahusen, ut male apud Arnoldum (λ) legitur,] cui titulum *Antichristianismi* indidit. (μ) In hocce, unum illud, præ cæteris Autor agit, ut Ministros Ecclesiæ in genere omnes, impudentissime traducat, atque mortalium pessimos, quin imo faces & tubas malorum omnium proclamet. Ut fidem tanto facilius inveniret, nec se ipsum excipit. Plerumque enim in prima persona pluralis numeri scribit. Sed ista jam prætermitto, notatis tantum iis, quæ hujus loci, in tractatu hoc deprehendi: Es gedeyet zum grossen Missbrauch / [scribit ille] (ν) und Schaden / daß die meisten / wenn sie kaum aus den Schalen der Academie und Schulen gekrochen / predigen und disputiren können / und voller Lüste der Jugend / als Sauffen / Fressen / unzüchtig in Reden und Gesäuden / Schlagen / Balgen / Zanken / Stolzieren / Rühmen / Politisch conversiren &c. stecken / und also kein Zeichnen an sich haben / daß GOTT sie mit dem Heiligen Geiste ausgerüstet / und von uns will vociret haben / densnoch von uns vociret werden / und sich alsdenn hinsetzen an Christi statt / und Sünde vergeben / derer sie doch voller stecken / als der Beichter / und da heist es alsdann: Manus sordidata sordes abstergere nequit; Eine besudelte Hand mit Roth / wird gewiß ein unreines Gefäß nicht reinigen und abwaschen können. Oder es ergehet nach der Frage Haggei: Wenn jemand heilig Fleisch trüge in seines Kleides Gehren / und röhrete darnach an/ mit seines Kleides Gehren / Brod / Gemüse / Wein / Oel / oder was es für Speise wäre / würde es auch heilig?

und

(κ) De quibus Hennigus Witte l. c. & Godofredus Arnoldus, l. c. §. 11. (λ) ibidem.

(μ) Anti-Christenthum durch Benedict Bahnsen, Amsterd. 1661.

(ν) Cap. I. §. XX, p. 77.

Und die Priester antworteten / und sprachen / Nein.
Haggai sprach: Wo aber ein ureiner von einem be-
rührten Aß dieser eines antröhrete / würde es auch un-
rein? Die Priester antworteten und sprachen / es würde
unrein. Eben also sind diß Volk / und diese Leute / für
mir auch / spricht der HErr / und aller ihrer Hände
Werck / und was sie opfern ist unrein. Haggai II. v.
14. Derowegen es durchaus nicht anders sollte gehalten
werden / als daß man Apostolisches Geistes / und Lebens
gelehrte Diener Christi / sollte vociren / die da sagen kön-
nen: Seyd meine Nachfolger / gleich wie ich Christi /
wie Paulus 1. Cor. X. 34. und Titus / und alle andere
haben sagen können. 2. Cor. XII. 18 / 19. Denn es ja
nicht mehr denn billig ist / als daß derselbe / der an der
Apostel / (ja Christi) statt begehret zu sijzen / und ihr Amt
und Gewalt zu gebrauchen / auch ihre Würde und Nah-
men / Christi Diener zu haben / auch dero Geist / Sinn
und Leben habe. Weil aber solches heute zu Tage nicht
geschickt / und hierauff gar wenig gedacht und gesehen wird/
und die Kirche Christi mit grindigen / schäbichten / hö-
derichten / und seltsam · nasichten Aarons · Söhnen beset-
het wird / und sie also in ihrer Unreinigkeit das Predigen/
Absolviren / Sacramenta austhetlen etc. angreissen / und
also zum Heilighum des HErrn IEsu Christi / hinzu na-
hen / was thun sie anders / als daß sie alles entheiligen /
oder das Heilighum des HErrn besudeln / und also anss
sich selbst Sünde laden / und die andern an der Seelen
tödtten / weil sie dieselbe in ihrer Unreinigkeit hinzu nahen
lassen / und sie nicht warnen / und also nicht wissen zu un-
terscheiden / was heilig und unheilig / was rein und uns-
rein ist / ob einer von dem Außsatz gereinigt sey oder nicht/
weil sie selbst voller Kräze und Außsatz sijzen. Levit. X. 9.&

21. 19. 23. & 22. 4. 9. In specie de Ministris superbis ita scribit: (ξ) Es ist gewiß zu glauben / daß solche auff geblasene Knachte nichts fruchtbahrliches predigen und bauen/ und die Leute vielmehr von / als zu Gott führen: Denn es redet nicht der Geist Gottes in Demuth; sonderu der Welt-Geist in Hoffart durch sie / und kan also keine Frucht aus solchem Predigen entstehen / weil GOTT will allein durch die Demüthigen grosse Dinge verrichten. Sir. III. 21. Alter est Christianus Hoburgius, qui partim nostratum, partim Reformatorum, per complures annos concionatot exstitit, tandemque Hamburgo, in coetu Anabaptistarum, Mennonis Simonis doctrinam, sectantium, docuit, donec anno 1675. fato fungeretur: (o) Quod autem in Vitæ curriculo, per filium Philippum Hoburgium, concinnato, Sectæ hujus Anabaptisticæ, in qua Hoburgius Monitoris partes obiit, autor perhibetur Menno Simons, sine dubio per errorem typographicum factum est, ut proinde id ab Henningo Witte, (π) non animadversum & emendatum esse, mirer. Hic plurimas Schwenckfeldii & Weigelii hypotheses, leviter interpolatas, quod ex scriptis ejus

(ξ) Cap. V. §. V. p. 185.

(o) Vid. Curriculum Vitæ Christiani Hoburgii, quod Filius Philippus Hoburgius concinnavit, & una cum effigie Parentis, & tribus ejusdem tractatibus, quorum primus, Arndius Redivivus, secundus, Vaterlandes Präservativ, & tertius, Meditatio super hymnum: Herr Christ der einige Gottes Sohn / Germanico idiomate vulgavit; Hamburgi, 1677. in 8. Henningus Witte in Diario Biographico, anno 1675. 29. Octobr. Godofredus Arnoldus, in Historia Ecclesiastico-hæretica. P. III. Cap. XIII. §. 14. & sqq. p. 128. & sqq.

(π) loco citato.

ejus (e) videre est, in Ecclesiam reduxit, in quarum numero & illa de inefficacia Ministerii malorum reperitur. Ita enim in Postilla Mystica: (σ) Ach Seele/ es ist nicht so ein leichtes/ wie ihm Fleisch und Blut einbilden darff/ daß ein jeglicher/ der nur von Menschen beruffen und gesandt/ mit dem Welt-Geist ist angeblasen/ in menschlichen Künsten und Schulen gelehret/ und die Worte von Christo empfangen/ ohne den Geist Christi/ daß ein solcher sich darff hinsezen in einen Winkel/ und um Geld andern Sünde vergeben/ da er oft selber keine Vergebung seiner wissentlichen Sünden/ jemahls ernstlich und herzlich gesuchet/ weniger erlanget. Wie soll mir der nun Sünde vergeben/ der selber ein Slave der Sünden ist/ und bleibt? Wie soll mir der helffen/ der ihm selber nicht helfen kan/ noch wil? Quæ hic specialiter de Confessione & Absolutione asseruntur, ea alibi (τ) ad omnia Ministri impii munia in genere extenduntur: Ein unwiedergebohrner Lehrer (sunt verba ipsius) kan nichts Gutes ausrichten/ in Gottes Kirchen. Arnoldus, conjuncta utriusque, nempe Betkii & Hoburgii, historia, (υ) de priore illo scribit: (Φ) Es ist dieser Mann/ nachdem die Leser seiner Schriften affectioniret und beschaffen

G 2

fent

(e) Quorum index adjectus est Curriculo vitæ a filio edito. Conferatur etiam Witte I. c. & Arnold. P. III. C. XIII. §. 20.
p. 129. & sq.

(σ) Postilla mystica, oder verborgener Herzens-Saft/ aller Sonn- und Fest-Tags-Evangelien/ in Andachten/ und Seelen-Gesprächen/ das Herz in der Kraft Gottes zu heiligen/ zu reinigen/ und zu stärken/ und mit dem Herzen Gottes zu vereinigen. Amsterdam. 1655. in fol. Parte II.
p. 30.

(τ) Waterlandes Präservatif. Cap. VII. §. 6. p. 147.

(υ) Numirum XIII. Partis III. (Φ) I. c. §. 10, p. 125.

fen waren / auch unterschiedlich beurtheilet worden. Diejenigen / welche er in seinen Bekentnissen getroffen / haben ihn unter die Böhmen gesetzt / wie aus dem Catalogo des Anti-Böhmi Caloviani zu sehen. Andere hingegen rühmen ihn / als einen sehr treuen / aufrichtigen / und der Augspurgischen Confession zugethanen Lehrer / der den Schaden Josephs recht zu Herzen genommen / und mit ganzem Herzen sich der einreissenden und herrschenden Bosheit entgegen gesetzt / wie bey Breckling / der sich seinen geistlichen Sohn nennet / gelesen wird. Sic igitur Brecklingii testimonio, Betkius contra D. Calovium, imo plurimos alios, ex orthodoxis, defenditur. Utrum vero in Brecklingio consentanea eis, quæ Arnoldus tradidit, legantur, disquirere non licuit, cum locus aut scriptum ipsius, [quorum plurima exstant] (x) silentio tegantur. Nec juvabit Betkium aut Arnoldi historia, ut Fanaticorum Patroni , (ψ) aut Brecklingii autoritas, utpote communi Theologorum calculo, somniis Weigelianorum, Chiliastrarum, Quackerorum, quin imo Atheistarum innutriti. (ω) Tantum ergo abest, ut hujusdem judicium excusat Betkium, ut potius eundem magis incusat: cui enim Betkius alioqui ignotus est, is posthac illum cognoscere poterit ex Brecklingio, utpote filio Betkii spirituali. Sic implebitur tritum istud:

Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.

De cætero, quam fculneum sit judicium illud, & contra

(x) Vid. Arnoldus P. III. Cap. XV. §. 14. p. 145.

(ψ) Confer. P. III. Cap. XIII. §. 10. & sqq. §. 14. & sqq. & Cap. XV. §. 13. & sqq. &c.

(ω) Vid. Meelführer de Chiliasmo. Colberg. P. I. p. 248. & sqq. D. Joh. Müller, in præfatione super Atheismum devitum D. Wagner in Atheismo speculativo. p. 74.

tra veritatem impingat, in proposito est: cum ibidem Augustanae Confessioni addictus Theologus dicatur, qui in hac ipsa hypothesi de inefficacia Ministerii impiorum Augustanae Confessioni e diametro contrarius est; ut reliquos errores in A. C. rejectos, qui hujus loci non sunt, sicco pede præteream. Apparet itaque ex his, quam dolose & nefarie Arnoldus procedat, dum unicum Fanatici, de Fanatico testimonium, pluribus aliis toto coelo diversis Orthodoxorum testimoniis præfert; quo simpliciores, ignari, qualis Brecklingius fuerit, in amorem Fanatici, scriptorumque ejus, adeoque & partes Arnoldi, ac reliquorum Novatorum, pertrahantur. Hunc scopum fuisse primarium Arnoldi, in adornando hocce opere deprehendimus; quod & Germanico idiomate, ut ab idiotis legi possit, concinnavit. Sed audiamus etiam Arnoldi de Betkio judicium. Postquam ille paragrapho sequenti, videlicet XI, scripta Betkii recensuisset, in XII pergit: **Was er in diesen seinen Schriften hauptsächlich treibet / ist sowol die Entdeckung und Beschämung des falschen Christenthums / als auch die Praxis der Lehre Christi / wie selbige der Autor nach seinem Maß und Gabe erkant.** Sein Hauptwerk aber ist fast durchgehends/ den Ursprung des augenscheinlichen Verderbens/ wie selbiger sowol von weltlichen als geistlichen Obern herkomme/ zu zugen/zumahl in den andern Puncten niemand in specie einige ihm beygemessene Irthümer specificiret hat. Itaque ne unicum nævulum invenit in hoc Fanatico, quem reprehenderet Arnoldus, suoque adeo exemplo comprobat, quod antea asseruerat, pro amore vel odio in Autorem, judiciale eo ferri. Eundem processum in adornanda Hoburgii historia observat, cuius vitæ curriculum, autoritate filii, Philippi Hoburgii, in quem optime quadrat illud Poëtae:

Non procul a proprio stemmate poma cadunt.
 suffultus recenset. In enarratione vero errorum Hoburgii, denuo nullum ipse in Hoburgio reperiit; Semper enim hisce & similibus phrasibus utitur: **Man hat ihm vor übel gehalten.** (α) **Man hat ihn beschuldiget.** (β) **Sie haben ihm beygemessen.** (γ) Cum ad errorem Donatistarum, cuius ex propriis ipsiusmet verbis à nobis convictus est Hoburgius, perveniret; priusquam verba illa ex Postilla ejus à nobis adducta, allegat, in anteceßum scribit: (δ) **Folgende Worte von der Beichte / wurden ihm als Donatistisch und Enthusiastisch von den Helmstädttern ausge deutet.** Post locum vero allegatum pergit: (ε) **Dergestalt hat er von allen Actionen der verderbten Cleriken / sonderlich in dem Spiegel und ärgerlichem Christenthum weitläufig geschrieben.** Dahero auch diejenigen / welche in ihrem Gewissen sich getroffen / am meisten darüber geklaget: andere aber / ob sie gleich auch Prediger gewesen / (ejusdem scilicet farinæ qualis Hoburgius) die Wahrheit hierinnen erkant haben. Sed quid mirum, cum & sævis inter se conveniat ursis, si Fanaticorum patronus, etiam socios errorum sua approbatione non dignetur.

XIII.

Supersunt Novatores hodierni, quos, priusquam huic capiti finem imponamus, commemorandos esse duco. Hi, uti ab Anabaptistis, Sohwenckfeldio, Weigelio, Quakeris, Labadistis, similibusque Fanaticis aliis, ita & a Donatistis, primaria Matæologiæ suæ capita conquisivere, proptereaque, quoad errorem hunc, de quo jam agimus, preſſe

(α) §. 24. p. 130.

(β) §. 25. p. 131.

(γ) §. 27. p. 131.

(δ) §. 27. p. 132.

(ε) §. 28. p. 132.

presse Antecessorum suorum vestigiis insistunt. D. Spenerus quidem videtur hac in parte a Sectatoribus suis discedere, hunc in modum scribens: (§) Sehen wir nach des Heil. Geistes Wirkung / und zwar / (1) bey wenn er würde? So würcket er nun / was die Ampt-Gaben anlanget / auch oft gar bey den Unwiedergebohrnen. Wie dorten der gottlose Bileam, aus Trieb des Heil. Geistes weissaget 4. S. Mos. XXIII. und XXIV. Also kan oft ein gottloser Prediger / der den wahren Glauben / und also den Heil. Geist in dem Herzen nicht hat / wie etwa das Leben zeuget / gute Gaben des Heil. Geistes haben / in Erklärung des Göttlichen Worts / und in Vortragung desselben. Er würcket auch in seiner Predigt / woferne er das Wort annoch lauter und unvermischt mit seinen menschlichen Einfällen lässt / so aber schwer hergehett/und es also das wahre Wort Gottes bleibt / den Glauben in den Herzen der Zuhörer / der nicht in des Predigers Herzen ist / als der nichts/ als die blosen Ampt-Gaben/ in sich würken lässt. Verum enim vero idem Spenerus alibi sibi ipsi contrariatur. Quemadmodum enim in ad ducto loco , administrantia dona a sanctificantibus recte discernit ; ita alibi male sanctificantia dona in Ministro adeo necessaria esse statuit , ut deficientibus iis , veram efficaciam administrantibus denegat. Uns lieget ob / [scribit] (7) weil wir diejenige seyn sollen / durch die Christus vermittelst seines Heil. Geistes sein Predig-Amt führet / dahin zu trachten / daß wir auch solche Leute seyn mögen / durch die Er und Sein Geist reden können ; Welches gewißlich von uns fordert / daß wir alles sündliche Wesen / nach aller Möglichkeit / allen Geiz / Ehr geiz /

(§) In den kurzen Catechismus-Predigten. p. 930.

(7) Vom Ampt des Geistes. p. 17. & iqq.

geiz / wollüstiges Leben / und dergleichen ablegen / hingegen ein heiliges und unsträßliches Leben führen. Denn allein in solchem Stande sind wir recht dazu geschickt / sc. Thun wir das nicht; sondern leben nach der Welt: Weise / und suchen: unsere eigene Ehre / Nutzen / Lust / so hindern wir / daß Christus sein Prophetisches Amt in uns nicht mit solcher Kraft führen kan. etc. **Ein gottloser ist ungeschickt ein rechtes kräftiges Werkzeug Gottes zu werden.** Ut alia loca, quæ ex scriptis Speneri
huc faciunt, prætermittam. (9) Spenero jungimus D. Breithauptum, qui Ministerium Spiritus, aut dona administrantia, in ministris impiis reperiri posse negat, scribens: (1) Horrendum est, si quis statuere ausit, quæ dicitur διανοία πνεύματος, hanc reperiri etiam in Ministris impiis: cum quæ prædicata de Spiritus Ministerio leguntur, dicto loco, quam alienissima sint a malis; videlicet gloriosum esse illud fiducia per Christum ad DEUM v. 4, 8. In imaginem Domini transformari ex gloria in gloriam, v. 18. Cap. IV. 1. nec non Apostolus ipsam illam diaconiacum πνεύματος, cum hisce proprietatibus, prævorum Ministerio præcise obvertit. Tenendum ergo firmiter, quod dona administrantia tantummodo fidis hominibus competant, qui eo ex statu soli sunt idonei, ad alios quoque solerter ac plene docendos. 2. Tim. II. 2. his autem, qui non vere conversi ad Deum fuerint, aequa absurdum est ea affingere, quam pseiso loquenti rationis usum. Neque melioris notæ sunt,

quæ
(9) Videri intertem possunt in Summe Reverendi Dn. Praefidis
Pietismo Sectario P. I. Art. III. n. 14. p. 76. & sqq. & in
Thesibus ex Synopsis cum Antithesibus Art. XXVIII. Th. IV.

(1) In Dissertatione de Notis Candidatorum Ministerii Ecclesiastici, 1697 habita, p. 5. coll. p. 4. 11. & 25.

quæ a D. Joh. Michaële Langio, (x) (quem virum alioqui eruditissimum, Novatorum deliriis, indies, magis magisque occupari, cordati Theologi dolent,) (λ) in publicam lucem emissa legimus. Es ist diese Götliche Wahrheit/ unsern Hirn-Theologis eine fanatische Lehre / weil sie keine Busse / keine Wiedergebuht / keinen göttlichen kräftigen Glauben im Herzen / sondern allein von diesem allem Grillen im Gehirn haben / wie sie solche per artes, disciplinas, definitiones, divisiones, und andere Kunst- und Natur-Begriffe / ohne alle Herzens-Veränderung/ sich eigen geschäftig auff Schulen und Academien acquiriret / dahero sie der wahren wesentlichen Wiedergebuht / göttlichen gewürckten Busse / und himlischen Kraft-Glaubens unverständige Verfolger sind / können auch / wenn sie ja zuweilen aus andern gute Sachen abspicken und nachschreiben / doch niemand zur Wiedergebuht / Busse und wahrem Glauben bringen. sc. Clrioribus vero adhuc verbis errorem huncce professus est Tenebrio quidam: (μ) Es ist schlechter dings unmöglich / daß ein in der Hoffheit und vorsezlichen Sünden dahin lebender Prediger / was gutes / und in geistlichen Dingen zur Seeligkeit gehörigen Glaubens-Sachen / lauterlich und kräftig lehren kan. Et post pauca: (ν) Das geheilgte Leben wird von einem Prediger so nothwendig erforderet / daß er ohne das selbe kein Diener Gottes seyn kan. Quæ propositio cum illa coincidit, quam ICtus Hallensis, D. Christianus

H

Thoma-

(x) in Apologia pro Rosenbachio. p. 41.

(λ) Vid. Generosi & maxime Reverendi Dn. D. Alberti Joachimi de Krackewitz Dissertatio Theologica de Bileamo impi. Rostoch. 1706. p. 51.

(μ) Sub literis I. G. L. latens, im verführischen Atheisten-Hauffen, Cap. VIII, n. 30, p. 647.

(ν) num. 31. p. 650.

Thomasius tenaciter defendere allaborat: *Daß kein gottloser Prediger ein Diener Christi sey.* (ξ) Calumnia igitur est Obrectatoris Stargardiensis, D. Zieroldi, quando inter calumnias, quas summe Reverendo Dn. Præsidi in allatratione Synopseos Controversiarum affingit, (o) etiam hanc refert: *Quenquam Virorum Dei,* (i. e. Pietistarum) docere, quod efficacia Verbi & Sacramentorum dependeat ab homine. Sed de illo ipso cerebri Zieroldiani fœtu recte Dn. Christianus Wiwegius, SS. Theologiae Licentiatus, in Academia Jenensi judicavit. (π) Postquam enim ad Synopsis Controversiarum lectorem remisisset, post lineas aliquas proponit exceptionem: *Ast lector perperam ad Schelguigii Synopsis remitti potest, quia a D. Ziroldo in peculiari scripto est refutata:* Ipse autem mox respondet: *D. Zieroldus, ut vir impudens & impotens, D. Schelguigii Synopsis non potuit destruere & evertere; cum pronis nitatur rationibus; sed tantum meras calumnias & scommata evomuit, quæ tanto (videlicet ex persvassione sua) Theologo, ut Pietistarum primipilo, indigna sunt.* Huc usque Dn. Wiwegius. Titulus equidem operis hujus Zieroldiani admodum speciosus

- (ξ) In der summarischen Anzeige / und kurzen Apologie, wegen der vielen Anschuldigungen und Verfolgungen etc. p. 284. & sqq. quæ adjecta, reperitur Scriptio Thomasio-Brenneiseniano, quod inscribitur: *Das Recht Evangelischer Fürsten in Theologischen Streitigkeiten/ gründlich aufgeführt/ und wider die Papistische Lehre eines Theologi in Leipzig vertheidiget.* ii.
- (o) Quæ prodiit sub hoc titulo: Synopsis Veritatis Divinæ, opposita Synopsis Controversiarum, Calumniarum & Errorum Dn. D. Sam. Schelguigii. Fif. & Lips. 1706. Art. XXVIII. p. 431.
- (π) In Dissertatione de quatuor causis, una cum sex regulis typicis.

ciosus est: *Synopsin enim Veritatis divinae* opus suum non quidem ære, sed tamen telis aranearum forte perennius appellat. Sed veritas illa titularis est, quæ in tractatu ipso, tametsi accensa Diogenis laterna quæratur, nuspam comparet. Calumnias in illo & errores contineri, lector æquus agnoscit: non vero Dn. D. Schelguigii; sed potius Autoris, nempe ipsius Zieroldi. Miror autem, quod Theologæ Doctor, ut describitur, (g) *occupatisimus*, & *per continuas utriusque muneric functiones districtissimus*, tempus male adeo collocaverit: Cum, si liber ille aliquem Philosophiæ tirunculum agnosceret autorem, hic causam erubescendi ex fœtu suo nanciseretur. Meræ enim in illo occurunt petitiones principii, quodque vitiosissimum in Logicis censetur, concessis præmissis, id est rationibus omni exceptione majoribus, quæ in singulis quæstionibus exhibentur, & vix unquam a miserculo attinguntur, nihilo tamen fecitus conclusionem negat. Sed ex diverticulo in viam redeundum. Democritus, seu ut verum ejus nomen est, Dippelius, negat verbum Dei ex ore irregeniti prolatum esse Dei verbum: (σ) *Wer Christum nicht durch den Glauben hat angenommen / und in sich wohnend / der hat kein Wort Gottes in seinem Munde.* Et paulo post: (τ) *Solche Früchte zeigen sich nicht an den falschen Propheten / die nichts weiter als die Schrift besitzen / darumb ist in ihrem Munde die Schrift nicht Gottes Wort.* Quemadmodum autem hoc in loco efficaciam verbo Dei, quod per os impii egreditur, denegat;

H 2

ita

(g) Ita dicitur in literis Joachimi Langii ad D. Zieroldum, quæ operi præmittuntur: Nam graculus graculo asfider,

(σ) in Confessione fidei suæ p. 10.

(τ) p. 12.

ita alibi de Sactamento Baptismi idem statuit, scribens: (v)
 Ich erkenne gleichfalls keine wahre Tauffe/ und bey der
 Tauffe keinen Gnaden-Bund der Seeligkeit und Wie-
 dergebuhrt / es sey denn daß so wohl der Täuffling als
 der Täuffer / Gott sein Herz durch den Glauben geöffnet/
 sich Christo unterworffen / und dieser aus dem Schatz sei-
 nes guten Herzens in Christo / geistliche Gaben zur neuen
 Geburth / welches dem Amt des Geistes zukommt / kan
 mittheilen / jener aber durch ein gläubiges und Gott
 unterthäniges Herz annehmen. Wüste ich eine solche
 Tauffe und Täuffer / ich wolte mich alle Stunde wieder
 tauffen lassen / denn ich weiß / daß ich in meiner Kinder-
 Tauffe (en blasphemiam hominis nequissimi!) so viel als
 nichts zum neuen Leben und göttlichen Wandel empfan-
 gen. Quantum Arnoldus errori huic Donatistarum faveat
 in præcedentibus paragraphis percepimus. (Φ) Autor qui
 supplementis Arnoldini adjectit Observations (x) pro de-
 fendendo eodem errore, sequentem in modum ratiocina-
 tur: (Φ) Daz auch ein Gottloser die Heil. Schrift nach
 dem wahren Sinn des Geistes nicht verstehen/ und da-
 her selbige/ weder zu seiner Seelen Nutzen anwenden/ noch
 andere dadurch kräftig lehren und unterrichten / vielweni-
 ger aber sie zu Gott bekehren könne / zeiget Lutherus
 klar / wenn er über den 11. Psalm schreibt: So offt die
 Gottlosen die Schrift citiren / so sind es nicht Reden /
 oder das Wort Gottes; sondern es ist ein Schaum der
 Rede Gottes: It. Wer nun den Willen Gottes nicht
 thun

(v) In dem entdeckten falschen Maß der Prüfung an Herrn
 D. Neuslens &c. p. 41.

(Φ) Quibus addatur Ejusdem Geistlichen Gestalt eines Evangelischen Lehrers. p. 181. & 194.

(x) Kurze Anmerkungen über Gottfried Arnolds Kirchen- und
 Recher-Historie. (ψ) p. 498, & 500.

thun will / der kan auch die Ehre Christi nicht erkennen / und also auch nicht lehren / sondern er redet von sich selbst / wenn er auch gleich aus der Schrift redet: Denn er sucht seine eigene Ehre / und also steht diese unstreitige Wahrheit fest / daß wer seine eigene Ehre sucht / wie alle Unwiedergebohrne und Unbußfältige thun / von ihm selbst rede / und wer von ihm selbst redet / Gottes Wort unmöglich lehren könne. (ω) De Verbis Lutheri, ad quæ provocatur, infra in Capite III. agemus, ubi resolutionem argumentorum, quibus hypothesis Donatisticam adversarii corroborare intendunt, devenerimus, ad quam tractationem nosmet jam accingimus.

CAPUT III.

In quo hypothesis hæc Donatistarum profligatur.

SECTIO I.

Exhibens Demonstrationem Theseos orthodoxæ.

CONSPECTUS.

- I. *Methodus, cui in profligando hoc errore insistamus, indicatur.*
 - II. *Status controversie formatur.*
 - III. *Thesis orthodoxa probatur, exemplo sacerdotum V. T. sceleratissimorum Hophni & Pinehæ. 1. Sam. II. & IV.*
 - IV. *Bileami. Num. XXII. & sqq.*
 - V. *Prophetæ Bethelæi senis. 1. Reg XIII.*
 - VI. *Caipha. Joh. XI. 49.*
 - VII. *Jude. Joh. VI. 64. & 70. coll. Matth. X. 20. &c.*
 - VIII. *Thesis porro probatur ex Deut. XVII. 12. & Ebr. XIII. 17.*
 - IX. *Ex Matth. XXIII. 2. 3.*
 - X. *Ex Rom. III. 2. 3. 4.*
 - XI. *Ex Philipp. I. 14—18.*
 - XII. *Ex 1. Cor. III. 7.*
 - XIII. *Ex absurdis & incommodis, quæ ex Antithesi adversantium fluunt.*
- I.
- (ω) Plura ex Spenero & Sectatoribus proponuntur in Piet. Sect. P. I. Art. 3. n. 14. p. 76. & sqq. Et in Thesibus ex Synopſi cum Antithesibus, Artic. XXVIII, Thes. IV.

I.

Superest, ut hypothesin Donatistarum, quam à Confessoribus Augustanis rejectam, & ex Orco in Ecclesiam Exangelicam reductam, in duobus prioribus capitibus adumbravimus, in hoc capite profligamus. Quod, ut rite a nobis perficiatur, huic insistere methodo placuit, ut in hac priori sectione, argumentis, potissimum e Scriptura S. depromptis, Thesin hanc **A. C.** *Sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi, esse efficacia, etiam si per malos exhibeantur;* probemus: in altera vero adversantium contraria argumenta dissolvamus.

II.

Status autem controversiae ante omnia formandus venit: ubi (1) nobis etiam tacentibus, constare arbitramur, nomine *Malorum* in **A. C.** intelligi ad Ministerium extrinsecus vocatos. Quod si enim quis sine vocatione tali Verbum & Sacraenta tractet, ille, nec est, ne dici potest Minister Ecclesiæ. (a) Deinde, (2) quando quis per vocationem factus est Ecclesiæ Minister, atque aut eo tempore, aut postea, impie, sive palam, ut scandala inde emergant, sive clanculum, sub simulata pietatis specie, vivat, ille vel toleratur ab Ecclesia, vel ab officio, ut par est, removetur. Legitime remotus, cum Minister esse desinat, nec potestatem amplius, Verbum & Sacraenta tractandi habet. Quamdiu autem toleratur, Sacraenta ab ipso administrata, nisi forte essentialia mutaverit, efficaciam retinent: Verbum quoque Dei, ex ore ejus, integrè prolatum, effectus in cordibus Auditorum edit. Sic enim ante Lutherum

per

(a) Vid. Summe Reverendi Dn. D. Gruenenbergii *Minister Dei impensis* cum censura, quam in Thomasium exercet. Cap. III.
§. 2.

per textus biblicos, etiam ab heterodoxis & impiis prælectos, sanctum semen in Ecclesia conservatum fuit. Deniq;
 (3) non disquiritur, qualis Minister esse debeat. Nemo enim sanæ mentis unquam affirmaverit, Ministrum debere esse malum: sed tantum de efficacia ministerii, si Minister alius sit, quam esse debeat, solliciti sumus. Propositionem igitur hanc, cum illa, quæ in A. C. legitur, ex aſe convenire censeo: Ministri Ecclesiæ extrinsecus vocati, licet impie vivat, dummodo verbum DEI recte doceat, & sacramenta rite administret, utut remotione dignus sit, ministerium tamen, quamdiu adhuc in officio toleratur, efficax est.

III.

Hanc nostram propositionem probamus, initio quidem, exemplo Sacerdotum sceleratorum V. T. quorum ministerium efficacia sua non destitutum fuisse constat, ex summi Sacerdotis & Judicis Eli, duobus filiis *Hophni* & *Pineha*, multorum flagitorum reis, (β) quos tamen Deus non solum sacrificare, sed etiam arcam fœderis portare passus est: (γ) cum alioqui solum visum in Bethsemenisibus, (δ) solumque contactum in Usa (ε) propter factum illicitum, ipsa morte ulcisceretur. Superfedeo plura exempla de Sacerdotibus V. T. ut & de Levitis, frequenti Prophetarum correptione notatis, hucque pertinentibus, adducere; cum hoc unum instar omnium esse posse: quod prolixè & perquam erudite exponit, summe Reverendus & Excellentissimus Dn. D. Gruenenbergius. (ξ)

IV.

(β) 1. Sam. II. 11. & sqq. 22. sqq. III. 13.

(γ) 1. Sam. IV. 4. sqq. (δ) 1. Sam. VI. 19.

(ε) 2. Sam. VI. 6. 7.

(ξ) in Ministro Dei impio, ex ipsis sacris literis, adversus Ministerium ejus frustra negati censuram, §. 6. & sqq.

IV.

Sacerdotibus & Levitis jungimus Prophetas, Ministros Dei extraordinarios, qui, licet a gravioribus peccatis non essent immunes, propterea tamen efficacia Ministerii nequaquam destituebantur. Sic Bileam ob malitiam, (n) inconstantiam, (o) & artes magicas (p) donis sanctificantibus caruisse, contra Christianum Democritum, (q) i.e. Dippelium, ostendit Generosus & summe Reverendus Dn. D. Joachimus de Krackewitz: (r) quem tamen, cum Balaco de Israelitis vera prædiceret, (s) ministerium suum utiliter obiisse, nemo inficias ibit, nisi perfricta fronte ipsi Spiritui S. contradicere, non erubescat. (t) Licet autem perneget Dippelius, (u) ab exemplo Bileami extraordinario, ad Ministros N. T. ordinarios valere consequentiam, recte tamen ita procedi, dupli exempli biblico suffultus, (v) probavit laudatus Dn. D. Krackevitz. (w)

V.

Neque adeo singulare & extraordinarium est hoc exemplum, ut sibi persuadet Dippelius Quandoquidem vero scribit: (x) Sie zeigen mir in A. L. zugeschweigen im neuen / nur noch ein Exempel / von einem so gottlosen Propheten / wie sie den Bileam halten / sollte ihr Schluss noch bessere Krafft haben: Facile illi hac in parte gratificabimur. Nam Bileamo jungemus Prophetam illum Bethelæum se-

nem

(n) Num. XXII. (o) Num. XXIII.

(p) Num. XXIII. & XXIV, 1.

(q) In Papismo Protestantium vapulante p. 94. & sqq.

(r) in Dissertatione peculiari, de Bileamo impio, Sp. S. donis administrantibus quidem ornato, sanctificantibus vero destituto. Rostoch. 1706. Sect. I.

(s) Num. XXIII. & XXIV. (t) Vide imprimis Num. XXIV. 2.

(u) loco citato. (v) 1. Tim. I. 13, 14. 16. & Jac. V. 16. 17

(w) 1. c. Sect. II, §. 1. p. 37. & sqq. (x) 1. c. p. 96.

nem (σ) Utrum ille antehac Propheta Dei, an idololatra extiterit, in diversas sententias doctissimi viri abeunt. Celeberrimus Dn. D. Joh. Fried. Maierus posteriori opinioni favet. (τ) Priorem amplectitur beatus D. Strauchius (υ) & ad eam pariter inclinare videtur, lumen illud Theologiarum exegeticarum, D. Sebastianus Schmidius. (Φ) Inter tantos viros nostrum non est motas componere lites. (χ) Hoc tamen expressa docet Scripturam litera, eum ipso illo tempore, quo Prophetam ex Iudea venientem deceperat, eidemque ad eandem mensam, quasi re bene gesta, convictor asfidebat, (ψ) Prophetam Dei extitisse. Sic enim legimus: *Et factum est verbum Domini ad Prophetam, qui reduxerat eum.* (ω) Cum igitur Ministerio divino fungeretur, & verbum inspiratum proferret, fieri haud poterat, quin illud effectum a Deo intentum obtineret, licet per mendacem & seductorem proponeretur. (α)

VI.

Inter Prophetas etiam locus aliquis relinqvatur Caiphæ, summo Sacerdoti ejus anni, (β) Christo autem infensissimo. Quo tamen non obstante, illum Spiritus S. tanto honore dignabatur, ut Prophetam ad tempus facheret. De eo enim Scriptura nos certiores reddit: (γ) *Hoc vero a se ipso non dixit; sed cum summus esset Sacerdos ejus anni, prophetavit, quod*

I

moritus-

(σ) 1. Reg. XIII. 11. sqq.

(τ) In den Früh-Stunden. p. m. 1057.

(υ) In der Starken und Milch-Speise. Conc. II. super Evangelium Dom. VIII. post Trinitat. Exord. p. m. 1103.

(Φ) Commentario in h. l.

(χ) Conferatur interim Misander i. e. Dn. Adami in Deliciis Biblicalis anno 1697. p. 155.

(ψ) 1. Reg. XIII. 18-20. (ω) ib. ¶. 20.

(α) 1. Reg. XIII. 24. collat. Es. LV. 10. & 11.

(β) Joh. XI. 49. (γ) ib. v. 51.

moriturus esset Jesus pro populo. Verisimile est, nec ipsum intellexisse Prophetiam suam. Interim Prophetia illa, ut verissima, cum brevi post impleretur, docuit, nec impiorum Ministerium efficaciam destitui. (d)

VII.

Quid, dicam, de Collegio Apostolico, quod Christus tempore N. T immediate collegerat, & ad ministerium suum ordinaverat. (e) Anne omnia hujusdem membra credemus fuisse bona, singulosque exstitisse ministros pios? Contrarium sane Christus refert: *Sunt ex vobis quidam qui non credunt.* Expressse etiam additur: *Norat enim ab initio Jesus, quinam sint non credentes,* & quis sit prediturus ipsum. (f) Itaque ad Judam imprimis respexisse, Spiritus S. nos edocet, de quo deinceps Jesus pergit: *E vobis unus est diabolus.* (g) Quin & præterea idem Judas alibi describitur ut *fur,* (h) & *non mundus,* (i) quemque *ingressus fuerit Satanias.* (k) Nihilo tamen fecius ad eum, æque ac ad reliquos Apostolos, pertinebat assertum Christi: (l) *Non vos estis loquentes; sed spiritus Patris vestri, loquens est in vobis:* quodque de iis Marcus (m) testatur: *Et egressi prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungabant oleo multos infirmos, & sanabant.* Ex qibus videre est, Spiritum S. etiam per malos loqui, hosque si ad prædicandum Evangelium mittantur, cum fructu illud prædicare posse.

VIII.

Hanc ipsam propositionem nostram, comprobant etiam

(d) Vid. Dn. D. Gruenenberg in Ministro Dei impio, ex ipsis sacris literis &c. §. 12. & 15.

(e) Marc. III. 14. 15. (f) Joh VI. 64. (g) v. 70.

(h) Joh. XII. 6. (i) Joh. XIII. 10. (k) Luc. XXII. 3.

(l) Matth. X. 20. (m) Cap. VI. 12. 13.

iam mandata Dei, in quibus Ministros suos, tam V. quam N. T. in genere audire jubet. **D**e Sacerdotibus V. T. loquitur insignis ille locus, qui in Deuteronomio (v) legitur: *Et Vir, qui ager in superbia, ut non audiat Sacerdotem stantem, ut ministret ibi Domino Deo tuo, vel judicem: Morietur vir ille, & tolles malum ex Iuda.* Hic præmonendum esse duco, non omnes Sacerdotes V. T. fuisse sanctos & pios, idque Deum, secundum infallibilem suam præscientiam, antequam hæc a Mose in chartam conjicerentur, prævidisse. Quo præsuposto, seqvens inde elicimus porisma: Quamdiu aliquis ad Ministerium Ecclesiæ vocatus, tenorem verbi Dei observat, eundem, ex mandato Dei, velut *stantem ad ministrandum Deo Iuda*, audiendum esse: sive is puritati Verbi ac legitimæ Sacramentorum administrationi, integritatem vitæ conjugat, sive ab hac recedat: cum e fastu mentis audire detrectanti, iusta a divino Numine poena dictetur. (ξ) Huic loco V. T. ille N. T. parallelus est, qui in Epistola ad Hebræos (o) extat: *Obedite Doctoribus vestris, & obsecundate iis.* In quo itidem Spiritus S. nullam differentiam facit inter Doctores pios vel impios; sed omnibus in genere reverentiam deberi monet, quamdiu nimirum sunt θεοποιοι Doctores. Qvisquis vero audiri a Deo jubetur, illius Ministerium non potest esse inefficax: Alioqui, frustra & incassum, imo cum noxâ audiretur.

IX.

Si quis forte, quod fieri tamen veritate propitia haud potest, a locis hisce generalioribus deductam consequentiā admittere recusat, hunc ad ipsum remittimus Dei Filiū, qui partim facto suo, partim disertis verbis docet, ma-

I 2

los

(v) Cap. XVII. 12.

(ξ) Vide ulterius hæc deducentem Dn. D. Gruenbergium.
l. c. §. 47. p. 45. (o) Cap. XIII. 17.

los etiam Ministros esse audiendos, propterea que illorum Ministerium efficacia non destitui. Nonne enim Christus leprosos, ad Sacerdotes sui temporis, qvorum maxima pars peccatis longe gravissimis erat inquinata, propter sacrificium, qvod offerendum erat, ablegabat? (π) Qvod certe haudquam fecisset, si efficacia ministerio illorum defuisse. Succedunt expressa verba, in qvibus Christus notorie malos audire præcipit, inqviens: (ε) *Super Mosis Cathedra confederunt Scribæ & Pharisei: Omnia ergo, quæcumq; dicunt vobis, ut servetis, servate ac facite: Secundum opera vero eorum ne faciatis: Dicunt enim & non faciunt.* In his verbis per *Cathedram Mosis μελωνυμικῶς* intelligitur doctrina, qvam Moses, Deo inspirante, tradiderat, atqve in libris suis conscriptam reliquerat. *Sedere autem in cathedra Mosis* idem est, atqve doctrinam illam prædicare & inculcare: Ut proinde, qvando Christus dicit: *In cathedra Mosis sedent Scribæ & Pharisei:* sensus sit, Scribas & Phariseos, Moses doctrinam, eo fine, ut ab **Auditoribus** discatur & observetur, proponere. Constat quidem, *fermentum* quoqve adhæfisse eorum dogmatibus: (σ) sed *fermenti respectu*, uti non *confederant* in Mosis, sed suamet *cathedra*; ita etiam Christus illos *fugere* potius, quam sequi jubet. Hoc autem in loco (τ) sermo est de Phariseis & Scribis, quatenus scripta Mosis prælegebant, & interpretabantur. (υ) Quo respectu *sedebant in Cathedra Mosis,*

(π) Matth. VIII. 4. Marc. I. 44. coll. Luc. XVII. 14.

(ε) Matth. XXIII. 2. 3.

(σ) Matth. XVI. 6. (τ) nimirum Matth. XXIII. 2. 3.

(υ) Prælectionem hanc singulis sabbathis obtigisse, videre est ex Actor. XV. 21. coll. XIII. 27. Huc etiam facit Matth. II. 4. 5. 6. Luc. X. 27. 28. Luc. IV. 15. & sqq. Actor. XIII. 15. Evolvantur etiam, quæ de concionantium & docentium ritibus

Mosis, illisque adeo, ex præcepto Christi, obtemperandum erat: tametsi ipsos fuisse impios, ex hoc manifeſte colligatur, (Φ) quia Christus prohibet opera eorum imitari, monens: *Secundum opera eorum ne faciatis: Dicunt enim, sed non faciunt.* Quod si igitur Christi judicio, Doctrina Mosis, a Scribis & Phariseis, hominibus flagitiosis, proposita, non amisit efficaciam suam, & vim illuminandi emendandique audientes; firmiter inde concludimus: Ministerium verbi, dummodo verbum Dei retineatur incorruptum, quomodocunque hominum, ministerium illud obedientium, vita se habeat, esse efficax, utiliterque influere, in hominum, malitiose hisce salutis mediis non repugnantium, animos. (χ) Quæ cum adeo perspicua effent, ut negari haud possent, ideo Augustana Confessio in Articulo octavo hisce verbis theſin suam probat: *Licer uti Sacramentis, que per malos administrantur, juxta vocem Christi: Sedent Scribe & Pharisei in Cathedra Mosis &c.*

ritibus tradit Joh. Lightfootus, in horis Hebraicis & Talmudicis, ad Luc. IV. 16. Acto. XIII. 14. & aiibi pasim: nec non Joh. Buxtorffius in Lexico Talmudico & Rabbinico ad Rad. שֶׁר.

(Φ) Vide etiam Caput integrum Matth. XXIII.

(χ) Conferantur Kromayeri Theologia Positivo - Polemica. Art. XIX. Thes. V. n. 3. D. Botfaccus in Anabaptismo reprobato. p. 131, Johann Müller in Anabaptismo, errore 17. N. II. Dn. M. David Hollazius in Examine Theologico, Parte IV. Cap. II. Quest. XXIV. Prob. c. N. 2 p. 108. Dn. D. Grunenbergii, Minister Dei impius §. 5. D. Michael Lange in Disputatione inaugurali ad Artic. VIII. Confessionis August. de Efficacia Ministerii Verbi & Sacramentorum, per homines malos administrati. §. XV. & seqq. Halæ 1694. & imprimis Dn. D. Joh. Georgii Neumannii Exercitatio theologica. ex Matth. XXIII. 1. 2. 3. de audiendis Doctoribus, etiam hypotheticis. Witteb. 1697.

X.

Sed & altera ratio , quæ in eadem Confessione adfertur , quando Majores nostri pergunt: *Sacra menta & Verbum , propter ordinationem & mandatum Christi , sunt efficacia*: fundamentum suum in sacris literis habet. Paulus enim postquam in Epist: ad Romanos , (ψ) inter prærogativas circumcisionis primo loco nominasset , quod Iudaïs sit concreditum Dei verbum , ad objectionem sibi ipsi formatam , de quibusdam Judæis qui a fide defecerint , ita respondet : *Quid tum , si quidam non crediderunt ? Num incredulitas eorum fidem Dei inanem reddet ? Absit . Quod si ergo Judæorum incredulitas , non inanem reddidit fidem Dei ; cur diceremus improbum hominem , per vitæ suæ impuritatem posse inanem reddere virtutem & efficaciam , quam Deus mediis salutis indidit . Fides enim Dei se exercitat in servatione promissionis , de efficacia verbi sui :* (ω) *quam nulla incredulitas , nulla hominum malitia evertere potest . Est enim manetque verbum divinum δύναμις Θεοῦ εἰς σωτηρίαν πάντῃ τῷ πιστεύοντι , (α) quomodo cunque demum se habeat is , a quo prædicatur . (β))*

XI.

Secus si res comparata eslet , inane foret gaudium
Pauli

(ψ) Cap. III. 2. 3. 4. (ω) Ef. LV. 10. II.

(α) Rom. I. 16.

(β) Vide beatum Frantzium Disp. IX. in A. C. Thesi LIV. & LV.
D. Botfaccum in Anabaptismo reprobato p. 130. & sqq. Joh.
Mullerum in Anabaptismo , errore 17. n. 1. p. 307. & 308.
M. David Hollazium in Examine theologico. P. IV. Cap. II.
Quæst. XXIV. Prob. c. n. 1. p. 108. D. Joh. Michael
Lange in Disputatione inaugurali ad Artic VIII. Confess. Aug.
de Efficacia Ministerii Verbi & Sacramentorum , per homines
malos administrati. §. XIX. & sqq.

Pauli, quod sentit super illorum etiam prædicatione, qui Christum propter invidiam & contentionem & non propter bonam voluntatem, nec sincere, sed ut pressuram suscitarent vinculis Pauli, prædicabant. Quo non obstante, Apostolus inquit: (γ) *De hoc quoque gaudeo, atque etiam gaudebo.* (δ) Facit huc commodissimum illud simile Augustini: (ε) *Nihil refert ad efficaciam sementis & plantationis, an lotis manibus, an sordidis id fiat, modo bonum sit semen, & terra fertilis, nee desit calor solis & pluvia de cœlo.*

XII.

Non absimilia Paulus ipse adfert, scribens: (ζ) *Nec plantans est aliquid, nec rigans; sed Deus dans incrementum.* Quibus verbis vir Dei indicat, Ministros Ecclesiæ esse instrumenta, quæ à Deo, seu causa principali elevantur, ad producendum opus, sua virtute superius. Quemadmodum igitur mandatum Principis, per quemcunque fuerit allatum, aut prælectum, efficaciam habet in subditis, ad id præstandum, obligandis, quod Princeps imperat: ita & efficacia verbi in movendis hominum animis eadem manet, per quemcunque verbum proponatur. **Aqua**, utrum ex scaturigine per canales ligneos, an stanoeos, aut ex pretiosioris etiam metalli materia præparatos, deducatur, eandem virtutem habet humectandi, aut sitem restinguendi: ita nec efficaciæ verbi quicquam decedit, ut ut ex ore impii egrediatur. (η) Faciunt huc verba Gregorii Nazianzeni:

(γ) *Philip. I. 14—18.*

(δ) *Vid. D. Joh. Botsaccus l. c. p. 131. D. Joh. Mullerus in Anabaptismo, errore 17. N. I. p. 308. ut & Dn. D. Gruenbergius l. c. §. 27. p. 25.*

(ε) *Libro III. contra Cresconium Cap. VIII.*

(ζ) *1. Cor. III 7.*

(η) *Vide D. Joh. Mullerum in Anabaptismo, Errore 17. n. IV.
p. 310. & 311.*

zeni: (9) Dic utrum e duobus signis, aureo annulo, utrum ferreo expressum sit, quoque modo unum idemque signum existat? Discremen enim in materia est, non in signo. Sic tibi quoque omnes, qui baptizandi, (addo prædicandi aut eucharistiam administrandi) munere funguntur, idonei habentur. Quamvis enim altus alium vita probitate antecellat, eadem tamen baptismi (item Verbi & Eucharistiae) vis est.

XIII.

Denique non parum lucis accedet thesi nostræ, si considerentur incommoda, quæ ex Antithesi adversantium fluunt, eandemve concomitantur, aut consequuntur. Præterquam enim, quod supposita hac hypothesi: Ministerium impiorum esse inefficax: via ad perpetuam dubitationem, & à dubitatione ad desperationem pandatur, nec quisquam de efficacia Verbi, quod audit, aut Baptismi, vel Eucharistiae, cuius particeps fit, ac consequenter etiam de salute, quam per media hæc consequi debet, certus esse possit, prouti in Capite primo monuimus; (1) insuper etiam alia quæ probari nullatenus queunt, inde pullulant. Quod si enim a Ministri pietate, dependeret efficacia Ministerii, eademve efficacia per impietatem Ministri annihilaretur; seqveretur etiam, majorem esse efficaciam a pietate majore, & minorem a minore. (2) Quæ vero inde non oreretur confusio? Futurum enim esset, ut reliquis Ministris contemptui habitis, auditores ad unum, velut agmine facto, confluenter; cum interea tamen omnes in opinione sua falli possent. Neque enim, qui aliquamdiu pius fuit, semper pius manet, aut si nunc pius sit, ta in bono confirmatus est, ut auditor sine formidine erro-

ris

(9) Orat. 40. in Baptisma. Cap. XXVI, p. 656.

(1) §. XII. pag. 25.

(2) Quedsted. Parte IV. Sect. II, Polemica Quest. I. B^eB.
n. VI. p. 79.

ris certo noverit, cras talem futurum. Ut taceam de fraudibus & dolis Hypocritarum, a quibus vix sibi quisquam fatis cavere potest. (λ) Ii enim, qui ore nil nisi pietatem crepant, saepius sunt impiissimi, & Pietistæ, a pietate non aliter denominati, quam *Lucus* dicitur a *Luce*, aut *Bellum* ab adjectivo *Bellus*. Cum igitur nemo Ministri Ecclesiæ cor scrutari, deque pietate ejus aut malitia certus esse queat; nemo etiam certus erit de Sacrorum, a Ministro administratorum, efficacia. Quid vero aliud inde proveniet, quam ut tandem omne ministerium susque deque habeatur, & via plana ad Naturalismum & Atheismum aperiatur (μ) Ut taceam ipsam hominis salutem hac ratione. suspendi a pietate vel malitia Ministri: (ν) quod horrendum esset cogitare, ne-
dum pronuntiare.

S E C T I O II.

Exhibens Refutationem Theseos heterodoxæ.

C O N S P E C T U S.

- I. Argumenta ex Scripturis de prompta solvuntur.
- II. Ad rationes alias, que prater Scripturam urgeri solent, respondetur.
- III. Quid ad experientiam provocantibus respondendum sit, ostenditur.
- IV. Auditor conquerens, quod per Ministrum Ecclesia malum adficari nequeat, informatur.

K

V. Argu-

(λ) 2. Cor. XI. 13. 14. 15.

(μ) Conferatur etiam D. Gruenenbergii Minister Dei impius, cum censura ejus Thomasiana. Cap. IV. p. 37.

(ν) Quensted. P. IV. Sect. II. Polem. Quæst. I. βεβ. n. VI. p. 29.

V. Argumentum ab autoritate depromptum diluitur.

VI. Conclusio integra Disputationis subjicitur.

I.

Probata Thesi orthodoxa, consideremus etiam ea, quæ pro se urgent Donatistici erroris patroni. Evidem, quod argumenta Anabaptistarum, Schwenckfeldianorum, Weigelianorum, aliorumque Fanaticorum, qui ante nostram ætatem vixerunt concernit, iis refutandis, cum ab aliis illud jam præstatum, inque Systematibus Theologicis obvium sit, ne actum agere videar, haudquaquam immorabor; sed illa tantum attingam, quæ ab iis, qui errorem hunc nostro proh dolor! tempore suum fecerunt, in medium proferuntur. Quoniam vero Quakerorum imprimis argumenta hodierni Novatores sua faciunt, lectorem remittimus ad summe Reverendi Dn. Præsidis Quakerismum confutatum: (ξ) ubi solutio reperitur. Præter ea, (ι) ex Scripturis provocari solet, ad Caput III prioris Epistolæ ad Timotheum, in quo prolixè exponitur, qualis Minister Ecclesiæ esse debeat. Cum vero statim ab initio (ο) legamus: *Oportet Episcopum esse irreprehensibilem*, ex verbo illo impersonali, *Oportet, irreprehensibilitatem colligunt*, æque necessariam esse in Ministro Dei qualitatem, ac *aptitudo ad docendum* est, de qua non multo post dicitur; quæque adeo tanquam essentialie constitutivum ita se habeat, ut deficiente irreprehensibilitate, Minister non magis sit, quod dicitur, quam deficiente *aptitudine* illa. (π) Sed fculnea est consequentia. Alibi enim (ε) Paulus de se ipso scribebat: *Oportet me Romam videre:*

(ξ) Art. XXVI, Thes. VI, P. II, p. 485, & sqq. (ο) v. 2.

(π) Vid. D. Joh. Mich. Lange. in Disp. de homine in Ecclesia ad docendum apto. Altorff. 1701.

(ε) Act. XIX. 20.

videre: ecquis autem adeo brutus bardusque foret, ut inde colligeret, τὸ *videre Romam*, pertinere ad essentiale constitutivum Apostoli. Concedimus equidem *irreprehensibilitatem* requiri a Ministro, æque ac reliqua, videlicet ut *aptus sit ad docendum*, item [quod aptitudinem hanc in dicto Paulino præcedit] ut *unius uxoris maritus*, ut *sobrius*, *prudens*, *bene moratus*, *hospitalis* sit. &c. Sed quemadmodum hæc non constituunt Ministrum essentialiter; ita nec irreprehensibilitas. Multo autem minus efficacia Ministerii cessat in Ministro, qui irreprehensibilis in vita non est; dummodo irreprehensibilis sit in doctrina, & si propriam negligat salutem, nihilominus per verbum pure prædicatum, salutem aliorum promoveat: ad quod impius Minister quandoque plus confert, quam pius. *Si enim Minister regenitus proponendi exigua ant nulla habeat dona, irregenitus excellentia, cuius tamen impietas publice nota non sit, plus ædificare hunc, quam illum, non immerito creditur;* sunt verba celeberrimi Rostochiensium Theologi. (σ) Porro (τ) urgeri solet effatum Christi: *Nemo colligit ex spinis uvæ*, (ρ) ex quo loco Adversarii inferunt: Mali Ministri sunt spinæ: Ergo nemo ab iis exspectet uvæ, h. e. utilitatem in spiritualibus. (ν) Sed respondemus: Præterquam quod Theologia parabolica non sit argumentativa, nulla etiam consequentia ineft argumento huic. Mali Ministri sunt spinæ; quatenus corrupte vivunt: Ergo ab iis uvæ frustra expectantur, quatenus verbum D E I recte prædicant, & Sacraenta rite administrant. (ζ) Frequentissime ad lo-

K 2

cum

(σ) Dn. D. Fecht. in Sylloge Disput. XLII, Thes. 12.

(τ) Matth. VII. 16.

(ν) M. Frantze in Concione super Evangelium Dom. VIII, post Trinitatis. p. 80 & sqq.

cum Siracidis (φ) provocatur, (χ) quem Lutherus. vertit: *Ein Gottloser kan nichts rechts lehren; denn es kompt nicht von Gott.* Denn zu rechter Lehre gehört Weisheit / so giebt Gott Gnade dazu. Sed respondemus, librum Siracidis esse apocryphum: prætereaque in Græco longe aliter verba sese habent. οὐχ ἡρᾶς τοι εἰ σούας ἀμάρτηλος, ὅπερ εἰς τὸν κύριον απεσύλη ἀντίω. Εν γὰρ οὐφίᾳ ἐνθήσεται τοι, καὶ οἱ κύριοι εὐδόκεοι ἀντίον. *Non speciosa laus, in ore peccatoris: quoniam non a Domino missa est ei. In sapientia enim dicitur laus, & Dominus prosperabit illam.* Atat nec versio Lutheri malam causam quicquam juvat! utpote quam B. Megalander utique strenue, in ipsa etiam Confessione Augustana, impugnavit. Sensus insuper illiusce optime a B. Dn. D. Hannekenio ita exprimitur: (ψ) *Impium hominem, ex apparatu impietatis docentem, nil conveniens rectumq[ue] docere; cum a Deo id non sit: a Deo autem datam sapientiam pollere doctrina & gratia.* Denique (4) ad alia Scripturæ loca, (ω) quæ D. Breithauptius (α) thesi orthodoxæ opponit, breviter quidem; sed tamen nervose respondet Dn. D. Gruenberg, (β) ad quem lectorem, cum nimis jam excreverit dissertatio hæc, brevitatis studio remittimus.

II.

- Inter ea, quæ præter Scripturam adferunt Fanatici,
- (φ) Cap. XV. 9. 10. palmarium
 - (χ) Vid. D. Spener, contra Theologos Wittebergenses. p. 25. M. Franckel. c. p. 71. I. G. L. im verführischen Atheisten-Hauffen. C. VIII. p. n. 30. p. 647.
 - (ψ) Ad Augustanæ Confessionis Artic. VIIII. p. 188.
 - (ω) Matth. XV. 14. Rom. XII. 2, 1. Cor. II. 11—16. 2. Cor. II. 16. 17. III. 8. IV. 6. & sqq. Phil. I. 9. 10. 1. Tim. VI. 3. 4. 5. 2. Tim. II. 2. & 15. 2. Petri I. 5—8.
 - (α) in Disput. de Notis Candidatorum Ministerii Ecclesiastici. Halæ. 1697.
 - (β) in Dissertatione Theologica, quæ contra Dei Ministrum

palmarium est h̄oc argumentum: Quicunque ipse renatus & conversus non est, ille alios homines convertere & regenerare nequit. Atqui Minister impius &c. Ergo. Majorem dupli axiomate philosophico probant: *Nihil est in effectu, quin fuerit in causa:* &: *Quod quis non habet, alteri dare non potest.* Sed respondemus, negando simpli- citer majorem; propter cuius imbecillitatem nihilo melius est argumentum Pietisticum, quam si quis ita argumente- tur: Quicunque deformis est, formosam imaginem pin- gere nequit. Atqui Apelles deformis est. Ergo. (γ) Deinde quod ad primum axioma attinet: *Nihil est in effectu, quin fuerit in causa:* concedimus canonem de p̄dicatis essen- tialibus, quæ causæ univocæ in suppositione personali com- petunt: E contrario fallit canon idem, si ad p̄dicata ex- traessentialia in causa æquivoca extendatur. Sic enim non sequitur: Filius est Doctor: Ergo Pater non potuit esse rusticus: cum Doctorem vel Rusticum esse sint p̄dicata extraessentialia. Neque hunc in modum conclu- dere licet: Scamnum a scriniario fabricatum caret ratione: Ergo Scriniarius non fuit rationalis; quia Scriniarius ad Scamnum se ut causa æquivoca habet. (δ) Circa alterum cano- nem: *Quod quis non habet alii dare non potest:* distinguimus inter causam principalem & instrumentalem, seu organicam. De principali, valet Canon: de instrumentalī fallit. (ε)

K 3

Sic

impium, ejusque Ministerium extra Scripturam veritatem proferuntur Rostock 1705.

(γ) M. Hollazius, l. c.

(δ) Conferantur Stahlius in Regulis philosophicis P. I. Disp. IV. Reg. VII p. 16 & sqq. summe Rev. Dn. Pr̄sidis Axi- omata Philosophica Cap. XIV. N. VI p. m. 74.

(ε) Vid. Fonseca Libr. VII Metaph. Cap. IIII. qu. unic. Sect. II. Stahlius in regulis Philosophicis P. I Disp. V, Reg. II. p. 130.

Sic v. g, Organon musicum exhilarat alios, quamvis ipsum non lætetur; & statua mercurialis peregrinantibus viam monstrat, quamvis ipsa eam non calcet. Similiter, malus minister ad salutem ducere potest hominem, quamvis ipse extra orbitam salutis versetur. Cum igitur saepe memoratus D. Langius scribit: (ξ) *Quod si tu non es exercitatus in' negotio pœnitentia, fidei, renovationis & sanctificationis, quæ studia animam Christianismi complectuntur: quomodo tu alios edocabis, qua ratione sit agenda pœnitentia? concipienda, formanda, & firmando imo & exercenda, fides?* Nos proprio eum jugulaturi gladio, his verbis opponimus ea, quæ in Disputatione ejusdem inaugurali (η) apposite scripta leguntur: *Minister inquit, non confert Spiritum, non fidem, non gratiam,* (addo pœnitentiam,) *sed Deus per Sacramenta & Verbum & Claves, quorum minister est is, qui ministerio verbi fungitur.* Itaque, prout tabellarius, qui ipse ne obulum quidem possidere potest, nihilominus potest alteri, cui forte fasciculum ab alio, opera licet ipsius missum, bona fide tradit, vel mille & plures adferre scutatos: *Sic minister verbi, et si ipse sit vacuus spiritu, gratia & fide;* potest tamen, modo sincere prædicet Verbum, & recte administret Claves cælorum ac Sacra menta, Spiritum & Gratiam & Fidem, non quidem per ses sed per Verbum Dei & Sacra menta Christi hominibus vere conferre. *Vel sero intelligite igitur, o Donatiani, Anabaptista, Quackeri, & quicunque illorum patrocinamini erroribus* (ad quorum Classem cum ipse D. Langius jam referendus sit, sibi quoque hoc dictum putet) *non esse vos Verbi & Sacra mentorum, & Gratiae per hæc*

(ξ) in Disputat. de homine in Ecclesia ad docendum apto. § XXII, p. 15.

(η) § XXXII. p. 17.

hac media conferendæ Dominos; sed servos. (9) Videt itaque lector, quam misere Virorum etiam doctissimorum, cum a Fanaticismo occupantur, intellectus obfuscetur, ut ea, quæ antea recte perspexerunt, abhinc intelligere aut capere amplius nequeant, sibique ipsis contrariantur. Nullius etiam ponderis est argumentum aliud, quod in eadem disputatione (1) pro inefficacia Ministerii impiorum, saepem memoratus D. Langius profert: *Nemivem posse docere habitum practicum, nisi ipse rem docendam teneat practice, non autem theoretice tantum.* Ut ut enim consequentiam hanc per experientiam probari putet, nos tamen experientiæ Langianæ opponimus certiorem experientiam, quæ nos docet, haud paucos, e. gr. Lipsum, Conringium, ipsumque Aristotelem bene satis docuisse politicam, tametsi prixin politicam nunquam exercuerint. Similiter Medicis in cathedra doctissimis, quandoque plures ægri in lecto moriuntur, quam indocto alicui Empirico. Non aliter in arte concionatoria se res habet, quæ nonnunquam cum fructu auditorum ab eo docetur, qui vitio aliquo linguae impeditus, ipse prixin theoriarum nequit conjungere. Non reticendum est, fculneum illud fundamentum, cui Pietistæ quidam hypothesin Donatisticam, nempe, quod *irregenitus non posse verum Scripturæ sensum asequi* superstruunt. Illius autem refutatio, ut alios taceamus, ex professo

(9) Conferatur etiam B. D. Bebelii antiquitatum Ecclesiæ, in quarto post natum Christum seculo Evangelicæ & hodierna ὥμοΨήφις tomus posterior p. 1268, & sqq. & Conradus Schlüselburgius in Catalogo Hæreticorum Libro XII. p. 481-496.

(1) De homine in Ecclesia ad docendum apto. §. V. p. 4.
& 5.

fesso suscepta & peracta est, a Dn. D. Wideburgio, in duabus peculiaribus Disputationibus. (x)

III.

Occasione exceptionis Langianæ, de Experientia aliquid incidenter dictum est. Enimvero sub eodem titulo etiam peculiare argumentum formatur a Donatistis hodiernis. Subinde enim oggerunt, quod tractatio Verbi & Sacramentorum, per Ministros & eruditione & aliis donis administrantibus excellentes, non reperiatur æque efficax, ac quæ per viros pios, quorum verba etiam factis convenient, præstatur. Nos quidem distinguimus inter actum primum & secundum efficaciæ. Verbum Dei pure prædicatum, & Sacraenta recte administrata actu primo semper sunt, manentque efficacia, a quo cunque demum administrentur. Verum de actu secundo, ne quidem piissimi optimique Ministri semper gloriari possunt. Gravissimas enim querelas, apud ipsos etiam viros Dei, qui Φερόμενοι a Sp. S. locuti sunt, (λ) de frustraneis, quas in prædicando consumserunt laboribus, reperimus. Quin nec ipsius DEI Filii conciones semper apud omnes in actu secundo effectum exerebant. Huc enim parabola de bono semine vix in quarta agri parte fructum ferente spectat. (μ) Interim non negamus, à ministro malo, cuius malitia est notoria, occasionem præberi, propter quam actus secundus efficaciæ impeditur; quoniam ille

(x) Exercitation. theologic. in quibus non renatos quoque & impios Scripturam Sacram legentes verum ejusdem sensum assequi posse, ostenditur, Helmstadii, 1696.

(λ) 2. Petr. I, 21.

(μ) Matth. XIII, 3, & sqq. Luc. VIII, 5 & sqq.

ille una manu destruit, quod altera ædificat. Enim vero nec illius Ministerium omni efficacia in actu secundo caret; quamvis efficacia minor sit, quam si probus foret, Nam & hic magis & minus non variant speciem.

IV.

Nova sequitur objectio ejus, qui se nullam plane ex malitiosi Ministri doctrina, et si pura, percipere ædificationem, conqueritur: Huic vero optime respondetur in D. Langii Disputatione inaugurali, (v) sequentibus verbis: *Quid cause est, quod non adfiscaris, ex sancta doctrina & verbo Dei puro? Num vita tui Pastoris & imo vero non-Potius tua carnalitas, tuum præjudicium, unde verbum DEI negligis, tuasq; meditationes impio ausu adplicas ad vitam Pastoris, quam tu sine populi suffragio creatus censor, malam pronuncias & scandalosam.* Ecquisnam tu es, qui non modo servum alienum; sed & cum, qui licet alias reprehensibilis, attamen vi quarti precepti honorandus tibi fuerat, judicas & condemnas? Certe, in quo tu judicas tui Pastoris vitam, jam te condemnasti. Ex ore tuo olim te judicabit ministri sui, tui vero Pastoris, Dominus & Archi-Pastor JESU Christus. Nam dum accusas vitam tui Pastoris ordinarii, tanquam improbandam & malam; cur illam ita sectaris tuis meditationibus intempestivis & impuris, ut malis impuram vitam hominis meditari, quam verbum Dei sanctum, purum & verum, quod tuus ipse tibi proponit Pastor? Deinde (ξ) detectis fontibus, unde impedimentum quo minus ministerium, quoad actum secundum, efficax sit, plerumque promanet, saluberrimæ præ-

L

scribuntur.

(v) §. XL. p. 21.

(ξ) nimirum §. XLI, XLII, XLIII, & XLIV. p. 22. & 23.

scribuntur regulæ, quid pro dimovendis illis obstaculis sit faciendum, & quomodo procurandus sit ipse etiam actus secundus ædificationis. Denique hæc adjicitur: *πεντηκοσις: (o) Itaque esto indignus Minister: cave tu, ne indignatatem Ministri, curiosus meditans, tu verbi efficaciam divini in tete impediās, & te ipsum gratia Dei per verbum operaturi, reddas indignum. Esto malus, qui Claves cœlorum, qui Cœnam, qui Baptismum administrat: cura tu, ut sis bonus, & pectore ista omnia suscipias puro. Sic nihil tibi oberit ministri malitia, à qua non dependet efficacia mediorum salutis, qua Christus instituit ac fovet. Quæcum laudabilia sint, eo libentius decerpere, lectorique communicare voluimus, quo illibentius jam ipse Autor ea pro suis agnoscit.* In iterata enim Disputationis hujus editione, *(π) notas adjecit, in quibus se ipsum refutare intendit; verum infelici admodum successū: In specie ad ea, quæ allegavimus monet, se olim duriusculè locutum esse ex ὁροζηλαζ zelo. (ε) Verum caveat sibi, ne in se derivet minas, quæ fiebant Angelo Ecclesiæ Laodicenæ: (σ) Novi opera tua, te neque frigidum esse, neque fervidum: Minimam frigidus essem aut fervidus! Itaque quoniam tepidus es, nec frigidus nec fervidus, futurum est ut te evomam ex ore meo.*

V.

Unius adhuc mentio injicienda est refugiī, quo Donatistici huius erroris patroni, pro pallianda sententia sua, se conferre solent: Nimirum complures ex Theologis nostris, quos nemo unquam heterodoxiæ postulaverat,

ita

(o) §. XLV. p. 23.

(π) quæ prodiit Altorffii, anno 1702.

(ε) p. 31.

(σ) Apoc. III, 15, 16.

ita locutos esse; quod Ministerium impiorum inefficax sit, prout ex Autore supplementorum Arnoldi ad Lutherum provocante, supra commemoraveramus. (r) Sed respondemus [1] s̄ep̄issime Theologis opinionem quandam affingi, quæ ipsis ne quidem in mentem venerit, & cuius contrarium, ex aliis illorum scriptis satis clare evinci queat. Deinde [2] ante mota cum Pietistis certamina aliquos liberius locutos esse, quam nunc loqui conduceret. Porro [3] si ex incogitantia forte quidam, hac in controversia erraverint, autoritatem errantium non tamen parere erroris patrocinium. Denique [4] errantes non tamen pro hæreticis propterea habendos esse, eo quod verissimile sit, hac de re monitos, sine dubio errorem agnituros fuisse: Errare enim, quod humanum est, nondum facit hæreticum, nisi post admissionem seriam quis contumaciter perseveret in errore; quod deinceps diabolicum foret dicendum. Quod vero ad Lutherum in specie attinet, postquam operose tam in verba illa, quam etiam in expositionem Ps. XI. sed frustra inquisiveram; tandem forte fortuna incidebam in locum aliquem Disputationis jam allegatae de Bileamo impio, (v) in quo Du. D. Krackewitzius idem nobiscum profitetur, cuius autoritati, ut par est, acquiesco: Ille enim postquam ejusdem loci, ex Supplementis Arnoldi, mentionem injecerat, ita scribit:

De sententia Lutheri judicium nostrum ferre non possumus: cum in Lutheri operibus, verba allegata una cum expositione Ps. XI. haclenius frustra quæsiverimus. Hoc tamen certum est, beatum virum, ab ista sententia, prouti fanatici eandem capiunt, quam maxime abhorruisse: quod probo ex sequenti.

(r) Circa finem capituli II. Disputationis nostræ.

(v) Sect. III. quæst. I, p. 50.

sequentibus ipsius verbis, que plane contrarium testantur.
 Ita autem ille Tomo XII. Witteb. Germ. fol. 202. b.
 Gehet ihr hin mit der Kirchen/ und lasset die Pfaffen machen/ was sie machen/ wo sie das Evangelium predigen/ das höret/ fraget nichts nach ihrem Thun/ wenn sie das Wort nur reden/ wie Christus saget: Matth. XXIII. Auff Mosis Stuhl sitzen sie/ was sie nun sagen/ das höret und thut; aber nach ihrem Thun/ sollet ihr nicht thun. Was darf der böse Geist sagen/ wenn alle das nicht Gottes Wort ist/ was die Papisten sagen/ woher haben wir denn die Taufe und ganze Bibel? Oder sollen wir denn eine neue Bibel machen/ durch diesen Geist? Die Juden haben die Bibel/ und wir alle habens von den Juden krieget/ so höre ich wol/ wenn ich einen hörete die Propheten lesen/ so müßens die Propheten nicht heissen. Warum hörete sie denn St. Paulus Act. XIII. in der Juden-Schule zu Antiochia? &c.

VI.

Constat itaque sua efficacia Ministerio impiorum; ita tamen ut nequaquam impietati Ministrorum Ecclesiae patrociner; sed de solo Ministerio divino, quod per impios quandoque exercetur, intelligi velim. Nullum enim pro se ipso Minister malus asylum in Exercitatione nostra reperiet; sed potius ex eadem malitia suae convincetur: *Servus enim, qui novit voluntatem Domini sui, nec facit ex voluntate ejus, cedetur multis plagis.* (Φ) Quemadmodum igitur impietatem Ministrorum Ecclesiae serio detestamur; ita DEUM optimum

(Φ) Luca XII, 47.

rum maximum submissis invocamus precibus, ut & a
Pseudoprophetis sub pelle ovina latentibus, & ab ortho-
doxis, sed impiis Doctoribus, velut Ecclesiarum peste, pro
immensa sua bonitate & clementia, suos liberare, talesque
œvibus, Christi sanguine redemptis, Pastores præponere
velit, quorum vita fit exemplar sanctæ doctrinæ.

SOLI DEO GLORIA.

Impius in coetu quamvis queat utilis esse;
Te doctrina tamen cum pietate decet.
Utraque perpetuò si Te comitabitur, olim
Cum multâ poteris pascere laude gregem.

*Autori exercitationis hujusce, Auditori
suo verè studio, pietatis juxta
& orthodoxie sincero cultori, de
egregio plurimælectionis specimine,
gratulatur & spiritus S. gratiam
porro etiam ex animo*

appreciat

SAM. SCHELGUIGIUS, D.
Disputationis Præses.

Ut

Ut sua divino constet veneratio verbo,
 Et mediis, homo, quæ certa salutis habets
 Donatistarum falsorum dogmata carpis,
 Grammata non male te sic didicisse doces.
 Grammaticus bonus es, spes est non vana, probatum
 Annuat & Numen! Te fore Theiologum.

Erudito & præstantissimo Exercita-
 tionis hujus Autori, rerum di-
 vinarum non minus, quam S. Li-
 terarum Cultori indefesso εὐφη-
 μίσων

apposuit

JOHANNES JOACHIMUS REUSS,

Gr. & Hebr. L. P. P.

Cum laetitia posteaq[ue] basieci istud prelegent






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn823994376/phys_0093](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823994376/phys_0093)

DFG







CTOS COELITES COMMISSA. 25
s in cœlum, atqve ad thronum divinum hi-
preferentibus, non improbabile est, beatos
nari. Qvinimò à Deo ipso , cui in gloria
quo nudæ cum nudo conversantur, nosle in
res hujus orbis posle animas, qvantum scire
co ex Scriptura vidimus. Id enim qvanqvam
verbis non legatur, qvia tamen ipsi anima-
cum Deo, cum angelis, cum beatis conver-
videtur consentaneum, negari ideo non de-
seritatis est , etiam ea, qvæ per bonam conse-
ris eruuntur, non minus esse ipsum Dei ver-
otidem in ea verbis habetur.

Repetii hæc argumenta ex Programmate Ve-
ei, Exegesi Schomerianæ in Epistolas Catho-
ccedunt nunc suffragia vetustissimorum pa-
n Ecclesiæ Patrum, itemqve virorum aliorum
erârunt in fide hic morituros, in altera vita
minile tantum, sed apud Deum quoqve pro
Origenem Seculi III, Patrem jam olim noster
ea G.J. Vossius, tum D. Dreierus, initium te-
trinæ, qvæ animabus defunctorum notitiam
væ in hoc mundo aguntur, & curam pro ho-
Deum intercessionem adscribit, Nec id pror-
qvanqvam invocationem earundem, qvam
scriptores earum precibus pro nobis effusis
issimè removerit. De iis Origenis locis ad-
um ex instituto egit DN. Præles meus Tr. de
one Missarum in honorem Sanctorum celebratae
• Eodem seculo Cyprianus , Episcopus &
es visus est sententiae illi de speciali Sancto-
um, qvorum notitiam habebant, intercessione
juxta Anglicanam editionem LX. ad Cor-
i istib[us] nostrum prior divine dignationis celeri-
severet apud Dominum nostra dilectio pro fratri-
ris, apud misericordiam Patris non cesset oratio.

Dz

Qvæ

Patch Reference numbers on UTT Serial No. 011
Image Engineering Scan Reference Chart TE263